



148

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III

XVIII


C

47

XXXXLI



GRATIA FAVENTE DIVINA!
ELECTA JURISPUBLICI
ROMANO-GERMANICI
GENERALIA
GODFRIDI FIBIGII D.
Pandectar. Prof. Publici, Uni-
versitatis Jenensis Rectoris, & Facul-
tatis Juridicæ hodiè De-



JENÆ,

Charactere Freyschmidi-Sengwaldiano,
ANNO clo lcc XLVI.



PLINIUS lib. 1. Epist. 3.

Effinge aliquid & excude, quod sit perpetuò
Tuum. Nam reliqua rerum tuarum, post te, alium
atq; alium dominum fortientur. Hoc nunquam
Tuum desinet esse, si semel cœperit.

SERENISSIMO ET ILLU-
STRISSIMO PRINCIPI ET
DOMINO,

DN. FRIDERICO
WILHELMO,

SAXONIÆ, JULIACI, CLI-
VIÆ AC MONTIUM DUCI, LANDGRA-
VIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMI-
TI IN MARCA ET RAVENSBURG,
DOMINO IN RAVEN-
STEIN,

Academiæ hujus Connutricio Munificentissi-
mo, Summo Musarum Patrono,

*DOMINO MEO CLEMEN-
TISSIMO,*

ancisci Passerini
re Serenifs. Duc

NEC NON
CELSISSIMO ET GENEROSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DN. JOHANNI
ERNESTO,


DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
ET MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MAR-
CHIONI MISNIÆ, COMITI DE MARCA ET RA-
VENSBURG, DOMINO IN RAVEN-
STEIN,

SERENISSIMI ET ILLUSTRISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. WILHELMI, SAXO-
NIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM
DVCIS &c.

Domini mei Clementissimi, Magni illius Ger-
maniae Principis, & Rebus gestis Heroicis Eminentissimi,
Ad Maxima quæq; NATO FILIO, NATU
MAXIMO,

PRINCIPI MEO GRATIOSISSIMO.



Annus jam agitur sextus, quo honorificum illud juridicæ Professionis munus mihi delatum esse nunquam non recordor lætus. Uti verò ab eo tempore unice illud, *partem, quam nactus es, orna, curæ cordiq;* fuit, inq; hoc unicum pro virili incubui, ut

Cupida LL juventutis conatus meâ etiam ex parte promoverem: ita & eidem vel inter ipsas varias easq; graves expeditiones publicas, quibus *ob officium Rectorum* distringebar, & etiamnum distringor, *intervire* non cessavi, eoq; nomine *Collegium de Principis juris, Collegium institutionum, & quidem utrumq; tam Lectorium, quàm Disputatorium, nec non Collegium Jurispublici explicatorium Rector* ego adornavi, aperui, maximâq; partem, *Divinâ favente Gratiâ,* jam absolvi. Cùm viderem quoq; nobilissimam jurispublici scientiam hætenus immeritissimo susq; deq; habitam, & adhuc à non paucis negligi, ejusdem etiam honorem vindicare tentavi, singulari & modestâ quorundam ex nobilissimâ studiosorum juris coronâ opturæ & maximæ ipci juvenum petitione incitatus quibus refragari nec volui nec potui. Res Deo autore cessit felicissimè cujus Divinæ Majestati idèò devotas repono gratias. Hunc qualemcunq; verò laborem meum, VOS PRINCIPES ILLUSTRISSIMI, in nomine patimini vestro illustrissimo apparere: Vobiscâ, qua par est, animi subjectione opellam hancce effero: Et quidem Vestræ Celsitudini, SERENISSIME PRINCEPS FRIDERICE WILHELMË, ob tot tantaq; Illustria beneficia mihi parvissimo, ut cum Lucretio loquar, liberalissimè exhibita, pro quibus gratam

gratiam animi mentem hoc ipso declarare, debitamq; gratiam, quam referre nequeo, duntaxat habere annitor. TVAM verò, ILLUSTRISSE PRINCEPS JOHANNES ERNESTE, muneris hujus chartacei, licet exigui, oblatione, PERENNANTEM GRATIAM humiliterambio, & cum exeras jam oras mediteris,

Visurus mores hominum complurium & urbes: propitios Viales Celsitudini Tuæ publicitùs apprecor. Accipere, Principes Illustrissimi, pagellas hæcæ fronte clementi & benignâ, PATRIÆq; bono diurnate felicissimè. Valete. Dabam Jenæ die XIX. Februarij, CONSTANTIÆ in factis Christianis sacro, & ante seculum jam integrum elapsam Magno nostro Luthero emortuali anno Christi 1610 c. XLVI,

V. V. Illustrissim:
Celsitudinum

subiectissimus

Godfried Stebig D.

S. P.

COMMUNICO tecum, Lector benevole, Electa quædam Jurispublici Romano-Germanici Generalia, meditata sub ipsâ manu nata, & inter tot tantosq; negotiorum publicorum strepitus, quibus districtus & quasi circumvallatus vixi, conscripta. Desiderabis fortean indubiè multa: Non miror, siquidem & ipse nunc non pauca desidero, sed plurimis in locis nec mihi ipse satisfacio. Ignosces, spero, si causam nosces, aliaq; meliori industriâ elaborata à me expectabis cum DEO DIE ALIO. Mendas quoq; pro candore tuo haut gravatim emendabis, & leges

Pag. 4. pro num. 19. 16. p. 6. n. 28. pro princeps principem p. 9. n. 13. pro proprio se proprio felices p. 14. n. 23. pro patrocino, patrocinio p. 23. n. 1. pro apum aptum. p. 22. n. 45. pro liberati, libertati. p. 28. pro literaturâ, literaturâ. pag. 28. n. 49. pro Imperatorio, Imperatori. p. 38. n. 60. pro Cancellariis, Cancellarius. p. 41. n. 21. pro semper, super. p. 45. n. 21. pro opinier, opinor. p. 50. n. 9. pro ne, na. p. 53. n. 3. pro legis, legis. p. 53. n. 15. pro serinia, serinia. p. 57. n. 3.


*n. 3. pro medea, mediis. p. 57. n. 11. pro callidatis, calliditatis. p. 58. n. 20. pro Machiavellius, Machiavellicis. p. 58. n. 22. pro crudelitates, crudelitatibus. p. 59. n. 28. pro diur, dicatur. p. 75. n. 10. pro sexcentesimo, trecentesimo. p. 75. n. 20. Mogontinum, Muguntinum. p. 89. n. 16. pro subortes, subortas. p. 90. n. 30. pro electi, electa. p. 93. n. 62. pro diffidetur, diffictetur. p. 96. n. 15. pro prater, prator. pag. 100. pro pertientis, pertinentis. pag. 100. n. 42. pro officiat, efficiat. p. ead. n. 47. pro stanto, stanre. p. 103. n. 23. pro vocem, vicem. p. 104. n. 9. pro subvertetur, subverteretur. p. 110. n. 8. pro tit, retecti. item pro rectionem, rutionem item pro tuctiorem, electionem. item pro elemunitatem, communitate. item pro com, tos. lin. 9. deletur tos &c. p. 107. n. 31. pro obstringamur, obstringimus. p. 111. n. 14. pro n. 6, 25. p. 115. n. 54. pro quinquagesimus, quadragesimus. p. 118. n. 11. pro *nunquam*, *nunquam* p. 118. n. eod. pro civiate, civitate. p. 119. n. 13. pro majestatin, Majestatem; p. 120. n. 19. pro l 86, l 8. §. 2. p. 127. in quat. 3. pro ztaq; *miragz*. p. 134. n. 12. Regenspuz; Regenspurg. n. eod. pro unò, und. *ib.* pro conserveta, conservata. p. 135. n. 29. pro ventati, veritati. p. 147. n. 15. pro annexa, *3.* annexo *2.* *ibid.* pro duntaxat, duntaxat. p. 148. pro fundamendum, fundamentum. p. 156. n. 17. pro consententes, consentientes. p. 157. n. 18. pro ab eandem, ab eadem. p. 157. n. 19. pro concedunt, concedunt. p. 160. n. 50. pro corrucere nec, corruceret nec. p. 162. n. 12. pro urati, jurati. p. 170. n. 12. l. illustrentur. *lin 6. leg. fermè.* p. 176. n. 22. l. 6 leg. commonefactum. p. 179. l. 1. leg. jusq; p. 181. n. 25. leg. Regula. p. 188. n. 23. l. 3. leg. tales. p. 199. n. 4. leg. licet. p. 199. n. 6. l. 1. deletur *cb.**

Cætera errata, si quæ fortè occurrerint,
 Lector benevole, ipse corriges. Vale bene,
 optumè, mihiq; favere perge.

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO-GERMANICI
 SEMIDECAS PRIMA.

Anteloquium.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS
 FELICITER! AMEN!



ITa non immeritò à prece Principi-
 um facientes opellam nostram au-
 spicamur, & votivam hanc Sacra-
 tissimi Principis Caroli IV. quæ ex-
 rat in Aurea Bullæ, constitutionis
 illius Imperialis verè bellæ & aureæ
 profcenio, in nostri etiam laboris
 frontispicio ponimus formulam. Benè enim uni-
 versa geruntur & competenter, si rei Principium fiat
 decens & amabile DEO, uti piè loquitur Justinianus in
Novellâ sua 6. prasamine & principio. Et cum sine Deo
 nihil unquam commodè geri possit, ut iterum nobis
 de suis largiatur Prælaudatus Imperator ex *Nov. sue*
164. pro ludio, Ipsum Divinum Numen & Nomen prin-
 cipium, medium atq; terminum esse convenit. Ita
 idem elegantissimè in *Nov. 109. proæmio.* Expropter &
 nos iterum:

— Adfis, DEUS alme, precamur,
 ô DEUS, adspira capris, DEUS, annue votis!

Justo itaque fundamento citra ullos verborum anfra-
 ctus ad rem ipsam, & quæ in præsentiarum curæ cor-
 diq; nobis erit, nobilissimam juris publici scientiam,
 nos accingimus. Quod si enim ulla disciplina, illa cer-
 tè solertiori indagine opus habet: Ut hinc sapientilè

A hacte-

Respondente
 M. Henrico
 Eilhardo
 Northus.

hactenus miratus fuerim, pulcherrimam illam Venerem, nec in hâc ipsâ Salanâ, cui tamen illius natales, nemo non in acceptis gratâ mente referre debet, intra totius quinquennii, & quod excurrit, spacium, ex totâ cupidæ legum juventuris cohorte ullos procos invenire potuisse: sed parùm abfuisse, quin eidem nuncius mitteretur, & *ultimum* quasi *vale* diceretur ab omnib9. Experta nimirum illa est commune » orphanorum, & comprimis Virginum sortem, quæ Parentibus adhuc vivis in oculis singulorum feruntur; iisdem verb9 amissis, in adspectu earundem inprovîso & inopinato oculi omnium dolent, immo penitus cœculant: Sic & nostra Virgo vixit hactenus & adhuc vivit in hâc quidem Academia, orbata Parente suo culto - colendo, Magno illo ARUMÆO, qui primus, nisi fallimur, prædictam juris publici disciplinam, alto antea involutam, imô ferè ex famosâ illâ L. Diffamari, perpetuo damnatam silentio, in publicum & cathedram produxit, ab eoque scriptis suis cedere dignis, masculè vindicavit. Primus ille falebras, intractas, & sine luce ad ipsa Juris - publici adytatentavit vias. Primus ille fuit, sub quo

Acceptè suum, publica jura, decus.

Nec dubitandum, plus ultra illum Progressum fuisse, fara longiorem ei si concessissent vitam. Sed tantum virum heu nimis citò, & ante decursum vitæ cursum, uti nos quidem somniamus,

Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.

Viri illius magni vestigiis, prout copia est, insistentes, varia variè eligemus, & ex amplissimo juris publici campo decerpemus, quæ nobilissimæ studiosorum coronæ, communicare, animus est. Esto igitur

QUÆSTIO I.

An sit Jus publicum Romanum?

Prima omnis ventilationis & disceptationis quaestio: earum enim rerum, quæ non sunt, frustra nea institui videtur consideratio: & hic primum jure meritoq; occupat locum. Ne verò incassum laboremus, principiò non minùs *juris seorsim summi*, quàm *cum voce publici, conjuncti*, atq; ita *Jurispubli* etiam vocabulum ab ambiguitate suâ, quâ utrumq; laborat, cum utrumq; polysemon sit, liberandum erit. Etenim

Errorum generix est æquivocatio semper.

† Vocabulum juris variis & plerisq; impropiis significatibus subiacet. I. per metonymiam adjecti pro subiecto denotat *locum judicii*, qui censetur ibi esse, ubicunq; Prætor salvâ majestate imperii, salvoq; more majorum jus dicere constituit, *l. pen. D. de Justit. & jure. t. t. de in jus vocand. de interrogat. in juro faciend. In Jus vocatus est: Ne quis eum, qui in Jus vocabitur, vi eximas.* Et spectant huc formulæ illæ: *Ambula in Jus: quando ego te in jure conficio.* † Notanter dicitur in *l. pen. Ubi* cunq;. Liberum enim fuit Prætori, vel pro Tribunali, vel etiam sellâ ahibi positâ, inq; eâ considendo jus dicere: Ut proinde nihil refrageret *l. 4. §. 1. D. de interrogat. in juro faciend.* multò minùs violētâ illâ textus correctione, quâ utitur Hottomannus. *observas* 22. opus sit. † II. Per metonymiam causæ pro effectu accipitur pro *qualitate morali persona competente ad aliquid justè habendum vel agendum*, sive ut clariùs loquar, pro *potestate, privilegio, beneficio, & facultate alicui, respectu certæ persona vel rei competente.* † Hoc sensu servitutes, & reales & personales dicuntur jura *§. 2. in fin. & §. ult. 7. de rebus Corporal. & incorp. pr. Inst. de servitut. pradior. pr. 7. de usufr. §. 1. 2. & 3. l. de usu & hab. Eodem* etiam sensu dicitur, *eum, qui suo jure utitur, nemini facere injuriam, hunc vel illum suo jure agere, & jure suo aliquid remittere, jus suum nemini esse auferendum, hunc esse alieni, alium esse sui juris, t. e. de his qui sunt sui vel al. jur. Habere jus standi, tutores dandi, pr. l. quib. non est perm. test. imens, facere:* † Utrum verò & in

definitione actionis *pr. l. de action. in hoc significato vox Juris*
usurpetur, an verò aliter, &c, vel pro formulâ, vel pro medio
& instrumêto persequedi, aut alio modo, altioris est indaginis, de
quâ alibi diximus: vide sis Hillig. Donell. enucl. lib. 19. cap. 1. tit. D.
 7. † III. sumitur pro *necessitudine*, veluti: est mihi jus cognationis
 vel affinitatis, *l. ult. D. de justit. & jur. IV. significat statum & con-*
 8. *ditionem personæ, rubr. tit. l. de jure person. junctâ rubr. D. de statu*
person. † V. jus etiam idem est, quod meritum aut debitum, l. 10.
 9. *pr. D. & pr. l. de justit. & jur.* ubi definitur justitia, quod sit con-
 stans & perpetua voluntas *Jus suum cuiq; tribuendi. † Illa debiti*
tributio duplici generis est, & versatur vel circa bona, & sic est præ-
statio ejus, quod alteri jure debetur, nec eidem salvâ justitiâ, &
citra injuriam ipsius denegari potest; vel versatur circa mala,
hoc est, penas & onera & tunc est præstatio ejus, quod alteri
jure debetur, quâq; eidem citra alterius injuriam remitti ne-
 20. *quit † VI. Juri nomine Juri prudentiâ venire cõstat ex l. pr. D.*
de J. & J. ibi: Juri operam daturum nosse oportet. & mox: Jus est ars
boni & aequi. Et in hac acceptance Jus à Justitiâ appellatum,
 11. *dicitur, notatione non Grammaticâ, sed Logicâ. † Omnem enim*
 12. *scientiam eâre, cujus est scientia, oportet esse posteriorem. † Ju-*
stitia autem hic objectivè consideratur, non verò tanquam finis
jurisprudentiæ; quo posteriori casu, jure justitiæ intentione qui-
dem prior; executione verò & operatione posterior. † VII. Deinde
 13. *jus acceptatur pro ordinatione & sanctione quâdam superioris, Ju-*
stitiæ convenienti, & iterùm diversimodè; vel. † VIII. Latè, pro quo-
 14. *libet superioris circa moraliter agenda ex justitiâ proflicuè præ-*
cepto, jussu & decreto, ut in se complectatur & divinum & hu-
manum jus, voluntarium & involuntarium, (. quid utrumq; sit
vid. Gros. lib. 9. de jure belli & pacis, c. 1. n. 13, 14. & 15.) & hoc sensu eû
lege largissimè pro præcepto, normâ agendi, & regulâ actuum morali-
um obligante ad id, quod rectum est, sumtâ, læpius confunditur.
 15. † Ceterum jus differt à lege tâquam genus à sua specie, cum Jus &
de jure scripto, & de jure non scripto; Lex verò de jure scripto
tantùm prædicetur, & Juri non scripto opponatur l. 2. C. qua sit
 16. *leg. consuetud. l. 32. pr. & 5. 2. D. de LL. † Licet enim consue-*
tudo ratione effectûs pro lege custodiri oriatur, non tamen statim
 est i-

est ipsa lex, quia quæ in uno tertio conveniunt, non statim inter
 se conveniunt. Vel † IX. Strictè pro *jure tantum voluntario ca-*
nativo, & quidem non: i. q. d. Jure civili Romano pr. J. de obligat. cog.
sùm generaliter; cùm Specialiter accepto, d. l. p. n. D. de Just. & Jur.
 † Parili ratione nec jurispublici una est significatio: vel en-
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 ubi à Papiniano testamenti factio non privati; sed publici juris esse
 dicitur. non idè, uti vult Ravarus loco mox infra allegato, quod
 scil. testamenta olim non privatim, sed publicè calatis comitiis & pu-
 blicè populi auctoritate fierent, quod tamen jam tempore Papiniani
 in usu esse desisse & hisce notis, quibus usus Tribonianus, sic scripisset;
 Testamenti factio non P. sed P. J. est, deceptum fuisse Tribonianum i-
 dem existimat. Locus enim publicus non statim facit Jus pu-
 blicum: sed propterea, quòd jus testamentorum faciendorum (: rectè
 enim ita sentit Accursius cum suis assellis, quem immeritò notat Rav.
 A. l. :) tribuatur jure publico, ac libera testamenti factio in Rep. Ro-
 mana hominù privatorù libero arbitrio & potestati adempta & unice
 ferè à lege publicè directà fuerit, l. 120. D. de V. S. & ibi Dd. Facit hùc
 l. 15. §. 1. D. ad L. Falcid. † Eadem quoq; est tutela qualitas &
 conditio: Vnde eandem neq; imperiù, neq; juris dictionis, sed,
 ejus solius esse, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Setum,
 vel Principis placitum, scribit Ulpianus in l. 6. §. 2. D. de tut.
 † Posterior itaque acceptio hujus loci propria est: Verùm
 nec hoc jus publicum uniforme, sed varium & diversum est pro
 diversitate Imperiorum & Rerumpublicarùm, cùm nullius im-
 perii salus subsistere queat absq; jure publico. Nostra questio
 de jure nostro Romano concepta est, deq; eo tantùm hic con-
 trovertitur: utrum illud adhuc ullibi extet; an verò penitus abroga-
 sum & sublatum fuerit? † Posterius defendere allaborat Re-
 vardus lib. 5. variorum sive de juris ambiguitatibus cap. 15. n. 5. pag.
 (: mihi:) 418. quadruplici ratione motus: † Prima est, quòd
 per L. Regiam omnimodà populi, omnibus, regimentis, (loquor cū
 Aurelio Arcadio Charisio in l. 1. D. de offic. Praef. Prator.) Resp.
 ad imperatores perpetuos translatis, omne jus populi, atq; ita etiam

- jus publicum in principes translatum fuerit, aded, ut vel omnem publici privatiq; Juris antiquam differentiam abrogatam esse existimes, & quod ante legem Regiam privatum, illud post modum Jus publicum esse & dici capisse per. l. 38. D. de pact. l. 15. §. 2. D. ad L. Falcid.
24. † Hinc & nulla juris illius Publici (: quæ secunda ratio est :) in Jure nostro civili extare vestigia. † Tertiò provocat ad Auctoritatem Plinii qui lib. 8. Epistol. Jus Senatorium, id est, Jus publicum
25. prorsus abolitum esse conqueratur. † Provocat insuper Quarto ad Ulpianum, qui Jus publicum in sacris, sacerdotibus & Magistratibus constituisse scribat, non autem, ut malè in omnibus exemplaribus,
27. solis Florentinis exceptis, legatur, consistere. † Nos cum Arumzo nostro, (cujus rationibus Exercit. Instit. prima. q. 12. prolatis, alii utuntur omnes :) distinguimus, inter Juris publici immutationem, & ejusdem totalem abrogationem. Illam occasione L. Regiz contigisse hauri diffitemur, cum per eandem statum Imperii Romani veteris immutatum, fuisse nemo sanus negaverit. † Verùm mutatio illa Juris publici non intrinseca, sed extrinseca & partialis tantùm extitit: Mutata fuere subiecta, salutæ personæ; res verò ipsa, h. e. Imperii Romani majestas, Salus & beatitudo, cujus conservandæ causa jus publicum constitutum, mansit integra & facta tecta. Nec enim existimandum, formam cujusq; Imperii essentialem esse, vel monarchiam, vel Aristocratiam, vel Politiam, Imperiiq; Romani essentiam illicò esse sublatam, majestate à Regibus ad optimates, ab optimatibus ad populum, à populo ad principem translata. † Erenim formæ illæ prædictæ Rerum publ. non nisi accidentales, ordinis sive ordinationis, h. e. legitimæ constitutionis civitatis in ordine consistentis, in quâ, ejusq; principio, quod est summa potestas, Reipubl. essentia consistit, certi duntaxat modi sunt. Et quamvis Reipubl. status mutetur, quando personæ mutantur, & variantur secundum numerum; Non tamen ipsa essentia Reipubl. etiam concidit. † Mansit igitur nihilominus Imperium Romanum etiam post legem Regiam. Quo concessu, concedatur & hoc, necesse est, nec Jus publicum Romanum fuisse penitùs sublatum, nisi fortè quis absurdè statuere malit, relictam Remp. Romanâ degenerasse in aberrantem & corruptam.

Ubi enim est *reſta Reſp. & incorruptū Imperiū*, ibi quoq; non poteſt nō
 eſſe *Jus publicum*, vel ſcriptū, vel nō ſcriptū, quo illud regatur. † Hoc
 itaq; & à populo Romano religioni & fidei principis conceditū;
 minimè verò ejusdem libero arbitrio perdendi animo com-
 miſſum. † Manſerunt & inſequentibus temporibus ſacra,
 ſacerdotes; Magiſtratus: Ergò nec ceſſavit unquam *Jus publi-* 32.
cum, quod in iis conſtitit, l. 1. §. 3. *D. de Juſt. & Jur.* † Ex his
 igitur bene intellectis facilè liquet, peſſimè de *Jure publico*
 Romano diſſerere & ſentire *Ravardū*, cuius tamen erroris & in-
 ſcitiz ipſe inculcat omnes alios. † Nec difficilis eſt ad ejuſ- 33.
 dem fundamenta reſponſio. *Iſt ita, Jus publicum dici quaſi popu-*
licum à populo derivatum; Jus publicum eſſe Jus populi; conſequen-
tia tamen inde deducta rationem nullam certè video. Nec Jus publi-
cum inſtituitur ſoli ſtati Democratico & populari, Sed requiritur illud,
ſive ſtatu ſit Ariſtocraticus, ſive monarchicus, ſive etiam mixtus. 34.
 † *Rationem Ildam, à qua nec Weſenbrechius alienus eſſe videtur*
ad tit. D. de J. & J. pag. (mibi) 15. in fin. infirmat l. diſiſio Ju-
ris in privatam & publicam §. ult. §. & l. 1. §. 3. de J. & J. 2. Ejuſdem
traſtatio, qua extat in primo & ultimo libro Pandectarum lib. 1. &
tribus poſterioribus Codicis. † III. *Plinii locum quòd attinet,* 35.
quieſt lib. 8. Epistol. 14. Reſpondeo (1) tibi illud tantum loqui de
jure Senatorio, ex quo ſolo hauc conſtabat Jus publicum, ſiquidem illud
ejus ſolū pars erat, quod ipſum atteſtatur Plinius pr. d. Epistol.
14. A parte verò ad locum argumentari minus licitum, (2) Ibi Ser-
monem eſſe non de lege Regià, ſed de temporum injurià, quod ſatis ex
oppoſitione inter ſervitutem temporum, & reduſtam libertatem pa-
teſcit. 3) Non dicit Plinius, jus ſenatorium fuſſe ſublatum, ſed tem-
porum ſervitutem Juris Senatorii obliſionem quandam & ignoran-
tiam induiſſe: & reduſtam libertatem rudes homines & imperi-
tos deprehendere. Sed quid inde? Quæ, amabò, conſequentia?
 † *Quartum & ultimum, cū in correſtione vulgaræ leſtioneis* 36.
ſeic fundet, reſutatione haut indiget: Nihil enim abſurdi, nihil
faſſi illa continet. † immò convenit eadem etiam cum 37.
verbis antecedentibus, quæ de præſenti loquuntur. † Publi- 38.
cum jus eſt, inquit Ulpianus, quod ad ſtatum Rei Romana non
ſpèctavit, ſed ſpèctat. Addit rationem ſuz diſiſioneis; ſunt
enim (non tuèrè) quædam publicè utilia, quædam privatim.

QUÆSTIO

QUÆSTIO II.

Quid & quotuplex sit Jus Publicum?

1. † Ravardi opinationi standum si esset, jus publicum nil aliud esset, quàm jus populi, h. e. jus majesticum populo competens, atq; ita jus publicum non nisi ad statum popularem restringendum esset. † Verùm enim verò combibimus jam ex quæstione præcedenti, illud propriè dici jus publicum,
- 2.
3. quod *ratione materia circa quam*, nec non *ratione finis* tale est.
4. † Jus publicum & in genere, et in specie considerari potest. † *In genere* consideratum jus publicum erit jus, quòd *statum Reipublicæ* primariò *ad communem omnium totiusq; Reipubl. utilitatem* mediantibus certis alicujus Imperii legibus *dirigit, ordinat & disponit*. † Statum dico, h. e. consistentiã, constitutionẽ, conditionem, regimen et administrationẽ Imperii: status enim vocabulo omnia ea indignantur, sine quibus Respublica consistere nequit, & quibus principaliter stat Respublica. † Hoc jus publicum multa sub se jura alia complectitur. Quot enim sunt imperia legitima, tot etiam sunt jura Publica. † Inter hæc jura publica præ cæteris caput exserit suum, *jus publicum Romanum vetus & hodiernum*, quod posterius nobis *Romano Germanicum* dicitur. † Illud definitur tam ab Ulpiano in *l. 1. §. 3. D. tum à Justiniano in §. ult. Inst. de J. & J.* quod ad statum rei Romanæ spectat. † *Per rem Romanam, Republicam Romanam* intelligi simplex, & vera est Dd. interpretatio, pro quã & Ennii facit versus:

Moribus antiquis res stat Romana viriis,

9. † Suavis ergò iterum Ravardus est, dum existimat, malè prædicto loco legi, *Rei Romana*, sed legendum esse, *Reipublica Romana*. † Dubito etiam, utrum viri doctissimi Dn. D. Justii Sinolds, *cognomento Schütz*, conjectura mereatur applausum; quando in *Collegio publico de statu Rei Romanæ Disp. 1. lib. 3. pag. 5.*
- 10.
11. ita scribit: † *Dixit autem Imperator, Rei Romanæ, non Reipublicæ, idq; non sine causã. Cùm enim jus Imperii, pergit ille, non ad populum, sed propter legem Regiam ad Imperatorem spectaret, nec in populo amplius regimen consideret, etsi statum esse Reipublicæ pro-*

ca pro-

ca proprie dici posse non videbatur. † Etenim vocabulum Reipub- 13.
lice in proprio sc. etiam significatu generale omnibusq; Rerum-
publicarum formis commune est, & predicatur non solum de
Politiâ, sed & de Aristocratiâ, ac ipso regno: Quibus omnibus
etiam definitio Reipublicæ ab Aristotele lib. 3. Polit. c. 1. & c. 6.
proposita, optimè adaptari potest. † Cæterum non renoo, 14.
græcam πολιτικὴν vocem esse unam eὐταὶ πᾶσι λέγουσιν, & vel
generaliter vel specialiter accipi; quo posteriori casu eadem poli- 15.
tiâ seu Democratica Respublica denotatur. † Jus publicum
Romano-germanicum definiiri solet, quod ad statum Reipublicæ
Romano-Germanicæ spectat. Uno verbo: jus publicum Roma-
num est Reipublicæ Romanæ; Romano-Germanicum v. est Reipubli-
cæ Romano-germanicæ proprium jus publicum, Cæsaris, statuumq;
imperii consensu promulgatis legibus constitutum & definitum.

Q. UÆSTIO III.

An jus publicum à Politicâ differat?

† Jus publicum jam definivimus: Nec, per politicam, pruden- 1.
 tiam illam civilem, civitatem ab initio constituendi, & constitutam
 benè administrandi, quæ est pars Philosophiæ practicæ, intelligi,
 ulli poterit esse ignotum. † Pleriq; quidem, nisi fallor, paucis
 exceptis, inter hæc duo differentiam agnoscunt, sed talem 2.
 duntaxat, quæ est inter genus & speciem, politicam pro genere, Jus
 publicum pro specie reputantes, hocq; politices appendix, vel potius
 Politicam specialem, siue præceptorum politicorum ad hanc vel illam
 Rempublicam applicationem. Bernhard. Suholt, dis. 1. ad Inst. a-
 p. 43. p. 394. Verùm non immeritò de sententiâ hujus veritate
 dubius viri docti hæret animus. † Accuratiùs enim rem
 pensulaturus deprehendet, minus rectè & aptè prædicto mo- 3.
 do jus publicum à Politicâ discriminari. † Lubens quidem lar-
 gior, politicam generalia tradere præcepta, & generales regulas, 4.
 Reipublicæ in genere consideratæ felicitati inservientes, quibus scili-
 cet & Respublica benè constituiti, & constituta facta rectè cõservari
 queat. † Meris etiam concedo subventiis, jus publicum versari circa 5.
 hæc vel illam Rempublicam. † Utrum v. idè jus publicum pro specie 6.

- politicæ æstimari possit, non sine ratione dubitare licet. Im-
 7. mō hoc ipsum est, quod pernegamus † Jus namq; publi-
 cum non est prudentia, non est disciplina politica, sed est jus, quod
 8. ex prudentia & justitia habere promanar, illiusq; beneficio vel ex-
 presso vel tacito consensu constitutum. † Non docet, sed docetur,
 & quidem non in politicā, sed in ipsā jurisprudentiā. Jus
 publicum pollet legum auctoritate, politica eādem destituitur,
 eandemq; à prudentibus tantū traditam accepimus. † Et
 9.posito etiam, non tamen concessio, jus publicum tractari in
 politicā, certum tamen est, disciplinam non posse esse genus ejus, cujus
 est disciplina.

Quæstio IV.

An Jus publicum in Academiis tractare liceat?

1. † Ne falcem in alienam messem immittere videamur, duplex
 præjudicialis quæstio, nimirum hæc juxta cum subsequenti re-
 solvenda & decidenda erit. † Extitisse enim olim non pau-
 2. cos, tum ex Aulicorum, tum ex Academicorum syllabo, qui priva-
 to sola privata jura tractanda, publica verò in Cancellariis & Arabi-
 cis Principum, tanquam veneranda rei depositum intra adyta sacri
 silentii diligenter asservanda, nec juvenibus utpote auditoribus ini-
 doneis proponenda ac propalanda esse seriò asserere, numero in-
 3. nomerz attestantur Dd. querelz. † Difficile & periculosum
 esse clamitabant, de iis scribere, qui possunt proscribere, & contra
 eos disputare, quibus liceat amputare, secundum Poetam:
An nesciū longas Regibus esse manus?
4. † Discenda esse cum primis ea, qua necessaria sunt, non necessaria
 omittenda: Tractationem juris publici diffusorem esse & intri-
 cationem, quàm ut tyronibus proponi debeat: Ideò, illud ad au-
 las Principum, & eorundem consiliarios remittendum: Substitutiones
 id requirere spiritus, virosq; acri judicio & experientiā insigni co-
 ruscantis. Annuntiant etiam coronidia local. 3. C. d. crim. sacril.
5. † Sed uti nobis quidem videtur, vobis illi pugnare, non
 gladiis. Rectiùs sentiunt, qui aliter sentiunt, affirmativam de-
 fendentes. † Amplissimus quidem hic seles dicendi offert
 6. campus, sed actum agere, & rei per se clarè enodandæ, longum

immorari holo. † Rem in paucissima conferam, & quid, 7.
 salvo aliorum iudicio sentiam, exprimam. † Primum omni- 8.
 um verò circa quaestionem propositam distinguendum erit, in-
 ser juris publici capita. † Illa n. vel respiciunt principia & fun- 9
 damenta juris publici generalia, in constitutionibus imperij iam reve-
 lata, publicis, Juris facta, inò etiam certo modo definita, ut Impera-
 toria statuumq; Imperii desisione minimè opus habeant. † Vel 10.
 concernunt talia, qua adhuc inter Cæsaream Majestatem, statusq;
 imperii, aut etiam inter ipsos status adhuc controversa. † Non 11.
 hæc, sed illa tantum cathedris consecrata volumus. † De-
 inde observandum hic est brocardicum illud, prout benè mo-
 net novissimè amicus meus singularis Dn. D. Joan. Otto Thabor,
 Professor publicus Argentoratensis in commentario suo erudite ad-
 tit. C. de Morali & Epidemeticis c. 5. n. 5. p. 25. ubi dicitur: *si nō sit a p̄senti*
Mediōtutissimos ibis. † Nec neglectim habendum erit præ- 12.
 scriptum Ulpiani in l. 6. §. 3. ff. d. offic. procons. ubi dicitur: *si nō sit a p̄senti*
si nō sit a p̄senti. † Præterea verbis hic loquendum temperatis, 13.
 & lenibus, & nō raterent proprium iudicium suspendendum. † Qui- 14.
 bus probè observatis, nullus non obex facillimo negotio re-
 moveri potis est. † Hæc enim ratione omne cessabit pe- 15.
 riculum, vindictæ Principum nullus locus erit, nec ulli Juris
 publici Professori iure occini poterit; *Ne furor ultra crepidam;*
Sus Minervam. Cætera, quæ pro stabiliendâ adversâ sententiâ
 allatâ fuere, exigui ponderis sunt. Sufficit ad eadè diluen-
 da, vel sola negatio, vel sola affirmatio, quod docebit plus satis
 ipse constitus. † Defensores opinionis nostræ, si, lector 16.
 benevole desideras, audi, quæso, Pomponium: Turpe est, in-
 quit in l. 2. §. 43. ff. de orig. Jur. Patricio, & Nobili, & causas
 oranti, jus, in quo versaretur, ignorare. *Addo ego: Longè tur-*
pius est, patria jura nescire, & in patriâ & domi nos exules fieri.
 † Egredietur porro Plinius, qui lib. 8. epist. 14. deplorans pri- 17.
 orum temporum statuta in hæc erumpit verba. † Pri- 18.
 orum temporum servitus, (Domitiano scilicet Imperatore) *ut alia-*
rum optimarum artium, sic etiam juris senatorii oblivionem quan-
dam & ignorantiam induxit. *QUOTUS ENIM quæq; tam pa-*
ssus, ut vellet dicere, quod in usu non sit habiturus? adde quod DIF-

FICILE est, tenere, qua accipere, nisi exerceas. Itaq; reducta (his
 verbis Trajani Imperium designat.) libertas rudes nos & imperi-
 os deprehendit, cujus dulcedine accensi cogimur, quadam facere
 ante, quam nosse. Et pauld post: *At nos juvenes sumus quidem in
 Castris: sed cum suspecta virtus, inertia in pretio cum ducibus autori-
 tas nulla, nulla reverentia militibus, nusquam Imperium, nusquam
 obsequium, omnia soluta, turbata, atq; etiam in contrarium versa.*
*Postremo oblitiscenda magis, quam tenenda: lidem prospeximus cu-
 riam: Si a curiam erepidam & elinguem, cum dicere, quod vel-
 tes, periculosum: quo nolles, miserum esse. (Intellige, metu vide-
 licet Tyranni: cum, quia periculosum, quod velis dicere, &
 miserum, quod nolis, silere, præstat & elinguem esse: quamvis
 nec istud sine trepidatione. Nam & silentium Ipsum sub Ty-
 rannis, periculo plane haud vacat, quippe quod ad contem-
 tum aut contumaciam interpretari soleant. Tacitum Hist. i. cap.
 XXXV. Coacto in curiam senatu, arduus rerum omnium mo-
 dus, ne contumax silentium, ne suspecta libertas. Verba sunt
 Clarissimi Augusti Buchneri in nota suis ad hæc verba Plinii.)* Quid
 tunc disci potuit? quid didicisse jure, cum Senatus aut ad ævum summus,
 aut ad summum nefas vocaretur? Et modo ludibrio, modo dolori retenti,
 nunquã serâ, tristia sepe censeret? eadẽ mala jam Senatores, jam par-
 ticipes malorum multos per annos vidimus tulimusq;, quibus ingenia
 nostra in posterum quog; balutata, fracta, confusa sunt. Breve tem-
 pus (nam tantò brevius omne, quanto felicius tempus) quodlibet
 scire quod scimus & rectius legitur, quo libet scire quod scimus:
 i. e. quo delectat & gratum est scire, quod scimus, sive didici-
 mus. Respicit id quod supra dixerat: Quid tunc disci potuit?
 quid didicisse jure? *Cæcilius*: quid scimus, & ipsum bene. Scia-
 tus enim est: cum in eadum & gratum est, scire non tantum
 quid scimus, i. e. quæ Senatorum partes sint; sed exercere etiam
 quod scimus: id est agere senatorem atq; præstare. Ita more
 suo eleganter scribit Dn. Buchner: dict. loco } liber exercere quod scimus.
 Quod justius peto, primum ut erroris (si quis est error) tri-
 butas veniam: deinde animos scientiã tua, cui supersunt cura (Ca-
 laudonius e cui semp t fuit cura) sic tu-a publica, ut privata,
 sic antiqua, ut recentia, sic rara, ut assidua tractare. Ad quem
 Plinii

Plinii locum ita scribit politissimus B. Soldus in templo Iustitiae p. 79. Ecce, in iustis publicis non alicere, non docere, didicimus non in istis habere posse, Respublica tyrannide, periculosissimo morbi genere, laborantia, indicium dicitur. Agrotatio ergo atque corruptela est seculi nostri, quod alicubi nil odiosius existimatur, quam leges publicas imperit Romano Germanici allegare, & recessus, reciprocamque obtinere obligationem, statuum ac Imperatoria Majestatis, quodque nonnulli in vultu privilegia & contra ius vix sine Principis Aulicopoliticorumque, offensione subditi nominare audent. † Exurgat etiam Academia nostra perperam decus Magnus ille Arminius, qui discursu ad Auream Bullam l. 1b. 1. non injuria miratur, nostrates magno molimine, qua privatorum in rerum suarum directione potestati se explicasse, ne per transicentiam vero, qua Imperatoris, Electorum, Principumque, in Imperio effulgeat sublimitas, aspexisse. Attem laboris non minimam habitam fuisse, Originem testamentorum, Emphyteuseos, stipulationum, Allionum, similiaque, inquirere, ac neglectam & tenebris obductam Electorum, Principum, Comitum, aliorumque, originem lacuisse: magnis voluminibus de iurisdictione veterum everseg, Roma dispersas, praesens vero, ejusdemque, statuum jurisdictionem delineare, curam nullam suscepisse. Societates privatorum magnis laboribus explicasse: Sed sedera, Societates, confraternitates Principum, aliorumque, statuum neglectas. Idem prae laudatus Ictus illos, quos fugiat juris publici cognitio, juris studiosorum non sine indignos publicitus proclamant, cum civile duplex sit aliud ius publicum, aliud privatum, nec non studiosis juris ipsa Respublica gubernatio in partibus credendis promittatur proam Insti. extrema. † Ut ergo Respublica optime possit gubernari, cum iure privato publico mixtum in Academia discendum est, sicut optime concludit Dn. Limenius Tom. 1. iur. publ. lib. 1. c. 2. n. 11 † Quod sp. At Cicero ait illud: Ad Consilium de Republica non sum, caput est, neque Respublicam, laudum à Libro lib. 3. poli. cap. 4. Non minus eruditissidem, que laudavimus, Limenius hac de re differit in eadem ore d. tom. 1. Verba ejus notabilia huius apponere libet, quae haec erant: Ego sane studiosos juris inter miserabiles peronas re-

19.

20.

21.

20. *zulerim, si tantum privati Juris libri, tanquam adscriptitii sua glebe, adbaere cogantur, nec & utilitatis & recreationis ergo ad Historicorum, Policororum, aliorumq; humanioris literaturae hortulos; multis doctri-
 ne floribus per amanos ardentibusq; liberum habeant accessum. Ad perfectionem Juris Consulti, Virisq; Politici non sola Juris privati scientia sufficiens est, multa requiruntur alia, si quis dignè utriusq; munus sustinere voluerit. † Liberè ingeniosissimus Traiano Boccalini: Imeri legisti, sono puri asini. Porro si finem studiorum spectamus, non in privata tantum utilitate terminatur, sed & ad publicam usq; sese extendit salutem. † Videmus inde alios gloriose vocis munimine confisos, laborantium spem, vitam & posteros suo defendere patrocino; alios ad partem Republicae gubernandam vocari, alios deniq; ad Principum aulae, imò & ipsius Imperatoris trahi Consistorium. Quos si tantum privati Juris beluones fingamus, quia ambiges eos a-
 21. que, ac si in alicujus terrarum orbem delatis essent, tunc non habere, quò pedem cerò figant. † Et idè Ego adolescentes exissimo in-
 22. scholam tam in Jure privato quàm in Publico exercendos aequè ac junctim esse, ut sive ad hanc, sive ad illam abeant functionem, parati veniant, nec, ut asinus, ad hram: † Deniq; ad l. 3. C. de Crim. Sacril. variè responderit: tum inter Jus & factum Principis, quod facit
 23. *Wurmserus* in exercitatu. At ad. *Jurispubli* i. quast. 2. tū inter ipsam potestatem & iudicium Principis seu consecrarium potestatis distinguendo: De iure quidem & potestate Principis, non verò de e-
 24. jusdem iudicio disputare licere. † Et ex hoc Imperatorum effatu, Romæ Tribunal Plebis ad furcam condemnatum legi apud *Pierre Matsbieus* tom. 1. de. l. *histoire d'utemps, dela paix &c. lib. 1. narrat. 2. p. 44.* testis est Vir Peritissimus & privati Juris & publici (quo elogio *Caius Plinius* ornat *Aristonem* sicut d. l.) *DN. D. Carpz. prof. ad lect: comment. in Legem Regiam Romanorum.*
 25. † Neutra nobis quidem apta apparet responsio: Non prior:
 26. † Etenim I. malè Jus Principis hoc in casu discriminatur à facto
 27. Principis † II. Multò minus per principale iudicium exaudiendum erit, factum Principis. † III. Neq; de iure, neq; de facto prin-
 28. cipis temerè disputare licet. † Cæterum & absq; hoc nefario
 29. ausu multò magis de facto, quàm de ipso iure disputandum erit,
 30. † Non posterior: Si enim id, quod minus est, denegatur, vul.
 31.*

rōminus id, quod *Major*, cōcessum erit. † Minus vero est, *judicium* 33-
Principis, quod Majestatis confectarium vocitant, quātm *ipsa Ma-*
jestas Principis. † Præstabit itaq; fortean dicere, *aliud esse, contra jus* 34-
ad Principio summo constitutū sivo de Principali judicio disputare, illudq;
in dubiū vocare, & impugnare, aliud verò esse, ju illud explanare, inter-
pretari, illustrare: illud: non hoc ibidem damnatur, & rejicitur.

QVÆSTIO V.

Ad quos spectet Jurispublici professio?

† Hæc equidem semidecadis nostræ ultima, sed quæstio præjudicialis secun- 1.
 da & altera est. † Nec perfectò quis eādem, opinor, Domitianam dicit, qua- 2.
 si ille indubium vocaret in dubium, cuius, utrum ad ICTOR solus Juris-
 publici scientia spectaret, creperis esse animus. Altiors sanè indagine, &
 longi subfelli res quibusdam videtur. † Non enim desunt, qui Jurispublici 3.
 tractationem & *Politici* & *Historici* plenā manu largiuntur, adq; eos illam
 pertinere arbitrantur, immò eorundem propriam efficiunt, ut parum abis,
 quin ICTIS Jura publica tractantibus *καὶ πολιτικῶν καὶ ἱστορικῶν* nec non *καὶ ἱστορικῶν*
πρὸς τὸ νόμιμον quam utramque roties damnare Vici Docti impudent &
 adferbant. † Nos ICTORŭ causam agemus, & quidem nō ullā dissentiedi li- 4.
 bidine, quæ à nobis semper absuit, aberitq; quātm *divi spiritus hic i obis a levit*, sed
 solius veritatis indagandæ cupidine & ardore inflammari & incitari. † Nul- 5.
 lam hic ulli movcbimus litem, sed nostrates à lite iisdem jam morā, quan-
 tum in nobis erit, & non minus temporis quātm ipsius chartæ angustia per- 6.
 mittit, libere antitemur. † Ansam verò huic discurſui præbuit, immò ex-
 tortit eunq; *Vir in antiquitatibus Romanorum & Germanorum veritasiss-*
imus Dn. D. *Hermanus Conringius Professor Medicus Helmſtadensis non inae-*
lebris, qui in præfatione suā de moribus Germanorū Taciti libro præfixā, à 7.
 parte *Politico* & *Historico* totus stare mihi videtur. † Distinguit ille
 inter *Jurispublici*, vel *Legum publicarum Imperii scientiam* & inter *cogniti-*
onem status Imperii, sive status Imperii notitiam. † Ab hæc quidem ambitu suo 8.
 priorē illam contineri, non verò hænc ab illā: † Fundamentum assertionis
 in eo politum est, quod quidem ille, qui statum Imperialem penitus perno- 9.
 vit, Jus Imperii publicum, seu leges Imperii tanquam civitatis animam ig-
 norare nequeat: Verūm non viceversā, is, qui jus publicum sciāt, sciret &
 conditionem omnem status Imperialis. † Hinc Jurispublici notitiam, par- 10.
 tem vocitat status Imperii notitiam, utpote quæ absolvat & *legum Imperii,*
imò & iterum in præsentium cognitione, & simul legum sacrarum, eorumq; quæ
contra sunt, originis ac occasionis indagatione, scrutinio & intelligentiā. Hanc 11.
 status Imperii notitiam *historica peritia vel scientia* cognominato appellat. † 12.
 Intelligit verò non *Plebejam*, sed *exaltam & aliarum disciplinarum*, impri-
 mē verò *civilium, morum, imò prudentia* adminiculo exornatam & ma-
 tam *historicam scientiam*, cum ad eam non gestorū tantūm, sed & causarū
 latentium

13. latencium noticia pertineat. † Nec difficetur in super, quæ auctorum legum Imperii ex monumentis petita cognitionem, sed eandem Jurispublici cultoribus serio commendat. † Quo ipso uti suam, *Utr ille Dilectissimus*, mereatur laudem, ita nullus dubito, quin suam ipse, si non destruat, certe dubiam reddat sententiam. † Etenim nos pro ICtorum jure competenti tale inde formamus argumentum. *Quodcumque non consilium solâ gestorum cognitione, eorundemq; causarum narratione, sed requirit in super legum Imperii veram & genuinum intellectum, (inmodò & earundem ad casus singulares prudentem applicationem) illius præfatio non spectat ad Historicum, sed tantum ad ICtum, scientiâ historicâ instructum: sed de Jurepublico verum primò: E. & posterius. † Major indubiè vera est: Neminem enim fore reor, qui interpretationem Recessuum ac Constitutionum Imperii aliis, quàm ICtis ad judicet: Secus si faxit, eadem ratione legum civilium Romanarû explanatione iisdem attribuat, necessitudo postulat. Quò quid à veritate magis alienû dici possit, certe ego nò video. † Icti enim officium est, leges, siue principaliter publicas in salutem, siue singulorum spectatè utilitatem, interpretari, exponere, & ad singulares casus prudentem applicare: † Historici verdò est, leges in Republicâ latas, & iam ab aliis enodatas, referre, & vivisq; exemplis, si quæ occurrant, representare.*
- † *Minor propositio tanquam concessa probatione hæc opus habet? Ex abundantia tamen pro eadem confirmatione hoc addimus, Jurispublici scientiam non in eo consistere, quod qui temporum serie observata originem, progressum, præsentemq; Imperii nostri conditionem, nec non cum leges abrogatas, cum leges adhuc hodiè consuetas, enarrare, & ubi obligatur Imperator, ubi coronetur, & à quibus, nec non quid egerit Imperator, quid fecerint Ordines Imperii, exponere valeat; † Sed juris publici studium vel maxime in eo occupatur, ut nos doceat & instruat, quomodo a Dionis & Imperansium & parentium ad nostri Imperii prosperitatem & communem felicitatem institutum, in quo status Republicæ consistat, qua sit Imperatoris statusq; Imperij potestas, & non modò quâ ratione Republica nostra fuerit constituta, Sed etiam, & quidem cur primò, quibus modis Republica jam constituta salvâ integrâ, & incorrupta conservari queat. † Ad juris publici scienciam veram & accuratam non sufficit scire, facta, verba, eventus, bella, res gestas Imperatorum & Imperii Principum, sed præcisè necessarium est ut quis, ex legibus Imperii probè cognitum habeat, utrum hoc vel illud rectè factum, quia vera sit ratio, an justa bellorum fuerint cause, & utrum res gestæ justè legum Romano-Germanicarum correspondant. † Immodò Jurispublici noticia non tantò quid olim rectè factum vel non, quàm quid faciendum quid, ingentium primariorum modò militat. præcipit, verat. † Cronidis locò unicum, cum hac vice plurimò.*
- † *ra pagellarum numerus non admittat, apponimus argumentum quod Quodcumque, est pars jurisprudentiæ, illius tractatio spectat tantum ad ICtos: Sed jurispublici est pars jurisprudentiæ q. ult. l. de iust. & l. Ergo.*

Tantum! Terminata sunt.

ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
MANO - GERMANICI

SEMIDECAS SECUNDA.

QUÆSTIO I.

An jurispublici scientia, sit peritia
historica?Respondete
Johann.
Baptista
Debenes
etern
Culmbaco-
Franco.

ID quidem à Viro quædam Doctissimo serid
affirmari & defendi, ex *semidecadi prima q.
ult.* iam percepimus. † Verùm cum nobis
novitia hæc opinio semper suspecta visa fue-
rit, nec tam en propter pagellarum, *dicitur se-
midecadi prima* destinatarum, numerum an-
gustiorum, nobis in eòdem examinandâ lice-
bat esse prolixioribus, Controversiam illam iterum reassumere,
aliisque proximè allatis coadunare & superaddere, operæ preti-
um esse duximus. † Duplex verò, *pro nostra negativâ firmandâ,*
argumentum ibidem posuimus: Alterum ab ipso Dn. dissentien-
te, alterum à Justiniano mutati, quod postremum magis
magisque stabilient ea, quæ habet q. 2. & 3. † Tertium funda-
mentum hoc esto: *Historica scientia communiter dicitur politica
Exemplaris, cum, quod Politica præceptis, illud illa exemplis doceat.*
† Uti verò *Jurispublici scientia non est politica, sed Jurispruden-
tia,* de quo dicemus in q. 2. & 3; Ita nec erit *politica Exem-
plaris.* † Quartum ta'c est: *Si Jurispublici scientia est histo-
rica, sequitur, quod & Juris Civilis privati scientia, immò ipsa Theo-
logia, Medicina, nec non politica sit talis: Sed Consequens est falsum,
E, & Antecedens.* † Ratio Connexionis hæc est, quia & ad *Ju-
ris privati scientiam* requiritur *vera cognitio statuum: tertiè Reipubli-
ca Romana, e, usdemq; singulorum civium, nec non earum Rerum, qua
primario illarum utilitatem promovebant.* † Hic scire opus est,
quæ *apud Romanos personarum statum, & quæ duplex, quid Magistrat-*

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

- Curulis, quid Consules, Senatores, Pontifices, Dictatores, praetores, Ediles, Quaestores, Decemviri, Censumviri, quid Liberi, servi, Libertini, & qui ex his cives Romani, qui Latini, qui dedititij fuerint?* † Hic scire opus est, quid Plebiscitum, quid lex, & qua inter hac differentia, qua consuetudinis via in statu Monarchico, qua verò in statu
9. *Democratico fuerit?* † Hic scire opus est, qua fuerit Regum, qua Principum, qua Senatus, qua Populi potestas, nisi quis in decidendis illis questionibus, utrum Princeps Romanus extiterit solus legis? utrum Senatus jus facere potuerit? an etiam laesae Majestatis etiam in populum Romanum commissum fuerit? *turpiter labi malit.* † Ita Theologia nihil aliud esse videtur, quam *historia, & vera atq; sincera cognitio nobis divinitus per Moysen, reliquosque divinarum rerum scriptores & Prophetas patefacta, de Essentia Dei & voluntate ejus erga genus humanum, & de operibus supradictis atq; adorandis.* † Etenim sacra scriptura describit *originem mundi, Ecclesiae Dei, primorum hominum, nec non Republicarum & Regna, immò per continuam seriem annorum totius orbis statum.* † Quod etiam *historia, qua extra sacras literas est, & Ecclesiastica* vocatur, ad Theologiam sit necessaria, nemo est, quem lateat. † Hanc verè scribit Theologus ille Celeberrimus Dn. D. Georgius Calixtus in suo erudico discursu, de usu disciplinarum in Theologia, nemini absque cognita illà historia Ecclesiastica, Theologi propriè ita dicitur titulum, quoniam sanum esse concessurum. † Historiam namq; Ecclesiasticam non modò secundariam quandam argumentandi rationem, quà ad confirmanda dogmata & refellendos errores Theologus utatur, eidem suppeditare, sed & in ipsis scripturis intelligendis plurimum conferre: Quod pluribus Vir prae laudatus ibidem demonstrat Exemplis. † Sic paritè ratione Medicina ab *historia & Experientia rerum, animalium, medicamentorum* suam trahit originem, medicumq; scire oportet, hoc vel illud medicamentum quam habuerit operandi vim in hoc vel illo subiecto, quam virtutè hujus vel illius herbae experientia docuerit: Quae sanè cognitio ab *historia* dependet.
10. † Non minus ipsa *Politica historica* requirit peritiam, immò, nisi fallor, eidem Natales in acceptis refert, quia ex collectione & inductione exemplorum singularium præcepta illa politica
11. confere-

SEMIDECAS SECUNDA

onfecta, & in certum ordinem à Viris prudentibus, eorumque
 Principe Aristotele, redacta & coacta sunt. † Et quid multius?
 Immo rerù naturam nihil aliud esse videtur, quàm historia de rebz
 à Deo creatis, earumque materiâ, formâ, siue, effectu &c. Quo in-
 tuitu Plinius opus suum amplissimum *historiam universalem* in-
 scripsit. Vide *sis Philip, Glaser, Syngram: histor. prolegom. de hi-*
stor. † Consequentiz falsitas exinde elucefcit, quod hoc mo-
 do omnium scientiarum, omniumque Facultatum turpis fieret
 confusio, omnibus Viris literatis cane & angue pejus evitanda.
 † Quintum fundamentum hic sistat syllogismus: *Quacung, di-*
sciplina differt à scientiâ historicâ, objecto formali, & sine, illa
non est eadem. Atque Jurispublici disciplina differt &c. E. † *Ma-*
ior propositio nullius probationis indiga est, pro eadem stat om-
 nis philosophorum schola. *Minorem* ita probò: (1.) Obje-
 ctum quidem materiale tùm historiz, tùm Jurispublici scientiz
 commune est, quod sunt tam *res Ecclesiastica, quàm Politica: Ve-*
rùm modus considerandi diversus est, qui unice ad discriminan-
 das disciplinas sufficit. † Jurispublici enim scientiâ, quam nos
Jurisprudentiam dicimus, considerat *actiones morales & Imper-*
antium & parentium non prateritas & jam factas, sed quatenus
illz instituendz sunt, ad communem Reipublicz nostrz utili-
tatem, & quidem ex præscripto legum ac Constitutionum Imperia-
lium: † Jurispublici scientia versatur circa res, *quatenus super*
ius & justitiam administrari potest, ac quomodo id commode &
congrue, & secundùm prædictas leges fieri debeat, monstrat; †
 Uno verbo: Jurispublici scientia pro objecto habet, *non facta,*
non præcepta, sed ipsum jus publicum Imperii legibus definitum &
constitutum, illudque ex mente constituentium dextrè explicat,
& ad casus particulares applicat. † Historia verò *proprie &*
exius accepta, versatur circa actiones hominum præteritas, ead-
emque simpliciter ad conservandam memoriam, earumque, si bona,
imitationem, si verò mala sunt, evitacionem, fideliter, & pro ut lex
veritatis exigit, nobis commemorat, recenset, narrat. † *Histo-*
ria Constitutiones Imperii non explicat, sed earum usum & ob-
servantiam, ut per viva & singulatia exempla ICI illustrare
queant, adjuvat. (2.) † *Finis etiam harum scientiarum diversus*
 est.

- est. Historia enim pro scopo & fine suo proprio, & primario sibi
 propositam habet, tum veritatis cognitionem, tum verum perpetua
 memoria, ad communem vitæ usum, aliorumq; vel adhortatio-
 nem, vel dehortationem, conservationem. † Quo respectu lu-
 men illud Eloquentiæ Cicero, *historiam testem temporum, lucem*
 28. *veritatis, vitamq; memoria dixit.* † Hunc finem etiam inquit
 29. *Josephus lib. 1. Antiquit. c. 3.* ubi pro ratione, cur Sethus Patri-
 archa cum plâ posteritate suâ, sapientiam celestium rerum, ar-
 tium disciplinarumq; principia duabus insculpsit columnis;
lapidea & lateritia, hanc ponit, ne forte diluvio vel aliis calamita-
 30. *tibus inventa ista ex hominum notitiâ dilaberentur, aut prius in-*
terirent, quàm cognoscerentur. † Notanter dixi, pro fine primario &
 proprio. Finis enim historiæ secundarius variat pro varietate sub-
 31. jectorum, & intentione eorum, qui historias vel scribunt, vel le-
 32. gunt. † Uti enim varia sunt artium & Facultatum genera, ita
 etiam historias scribendi & legendi, finis non uniformis est. †
 Alium præfixum tenet scopum historias percurrendo Theologus,
 alium Ictus, alium Medicus, aliumq; Philosophus, & quilibet e-
 ventum ejusq; causas observat, nec non sibi ac suæ Facultati ac-
 commodat. † Exemplum observationis historicæ ad Ictum
 33. spectantis exhibet nobis Papinianus in l. 8. D. ad l. Jul. Maj. &
 Tryphoninus in l. 39. D. de pœniis. nec non Ulpianus in l. 1. D. de
 34. *cadaver. punit.* † Quæ de re more suo scitè & eleganter disser-
 tat magnum illud Jubar Themidos & nostræ Salanz, Dn. Frid-
 35. rich Hen deß Zeutschen Kriegeres, 5. te aber & subsistentibus. † Nec
 est, quod mirari, ex eadem materiâ suâ quemq; studiis apta colligere.
 36. † In eodem præto bos herbam quarit, canis leporem, ciconia lacer-
 37. tum. † Cum Ciceronû libros de Republica prehensit hinc philo-
 38. logus aliquis, hinc Grammaticus, hinc Philosophiæ deditus: *Ali-*
 39. *us aliò curam suam mittit.* † Philosophus admiratur, contra
 Justitiam dici tam multa potuisse. † Cum ad hanc lectionem phi-
 40. lologus accessit, hoc subnotat, duas Romanos Reges esse, quorum al-
 ter patrem non habet, alter matrem: Verba sunt sapientissimi Sene-
 cæ in epist. 108. † Quò respexit, Vir ille incomparabilis, quem
 modò honoris causâ nominavius, Dn. Horstederus, quando
 prædi-

prædicto loco ita scribit. † Und ob gleich die Verlesung sol- 41.
 cher Geschichtsbücher nicht eben so eigentlich geschähe / mit aller ob-
 gedachter Faculteten Augen (wie *Seneca* gar schön davon redet
 vnd *discurrirre*) so geschähe sie nur mit Politischen Augen. † Denn 42.
 in gleicher weise / wie auß einerlen Ager / oder Wiese / jegliches Thier
 das jenig gesucht / was seiner Art vnd Natur gewärs. Der Ochse
 die Weid. Der Teuber den Hasen. Der Storch die Frösche: † 43.
 Und abermal in gleicher weise wie auß dem *studio historico* ein jeg-
 lich andere *Facultet* fürnehmlich das jenige sucht / was ihrem
 Zweck / Intent / vnd *studio* dienlich: † Also thut ein Fürst den 44.
 Sachen anug / wenn er auß gedachtem *studio* auch fürnehmlich
 das jenig sucht / was ihm zum *studio politico* nützlich vnd erspreß-
 lich ist. † Etintemal dasselbe nicht allein / mit naher Freund vater- 45.
 terlicher Blutsverwandnüss dem Theologischen / Juristischen / Echi-
 schen *studio* zugethan / sondern auch beneben seinen zuehörigen
 Theil / dem *Historico rerum humanarum* des hohen Fürstlichen 46.
 Standes eigener Grund vnd Boden ist. † *Finis Jurispublici*
Scientiz ultimus, felix, constitutionibus, Imperii, conformis Rei-
publica nostra gubernatio, & qua ab eâ dependet, communis ejusdem
salus ac utilitas est. † Intermedius verò finis illius scientiz est, 47.
non nuda legum Imperii notitia, quam suppediat vel sola lectio, sed
potius solida & perfecta cognitio, earundemq; verum & genuinum intel-
lectus, & dextrè intellectarum ad casus particulare: prudens applica-
tio. † Quæ omnia certè non intendit, multò minus præstat 48.
historicus, quæ talis; sed ejus non est proprium aliud, quam res, prout
gesta sunt, referre: si quid aliud doctrina inserere vellet, non histori-
cum agit, (verbis istor historici insignis 'Da. Casparis Facii
in polit. Livian. admon. r. pag. 4.) Sed informatorem, hoc est, vel The-
ologum, vel Juriconsultum, vel Medicum, vel Philosophum. † Quæ 49.
 de re etiam nos monitos vult historiz Romana Princeps Livi-
 us lib. 9. c. 17. uti observavit ejus enucleator & interpres soler-
 tissimus Cl. Do. *Facius d. l.* † *Prima historia lex est, attestante* 50.
Tullio, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat,
ne qua suspicio gratia sit in scribendo, ne qua simultatis. † Histori- 51.
 cus igitur secundùm legem veritatis, sine omni affectu & ordi-
 nedecentia exempla exhibet: Verùm Theologus, Juris, Medi-
 cus,

- cus, Physicus, Ethicus, Politicus *exemplorum* monstrant *usum* & *causas*, de iis judicant, & per ea scientiarum principia illustrant
52. & confirmant. † Hoc illud est, inquit historiarum Romanarum Princeps Livius *praf. lib. 1. principè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnia se exempli documenta in illustri posita monumentis inscribi: Inde tibi tuarq; Reipublica, quod imitare, capias*; inde fœdum
53. inceptum, fœdum exitu; quod viçes. † Ecce! Livius hic disertis verbis *exemplorum applicationem non historico, sed Lectori*, & quidem, de quo ibidem ipsi sermo est, *politico* attribuit, ut ille, quid faciendum, quid fugiendum, ex iis discat, & doceat. †
54. *Historicus itaq; exempla virtutum & vitiorum, exempla clararum rerum publicarum: Philosophus practicus virtutum, vitiorum, & Rerum publicarum rectè constituendarum præcepta generalia, proponit, exempliq; corroborat*: † Ictus autem, circa ipsas leges & jura constituta versatur, eo, quo superius dictum, modo. †
55. Et quamvis ad *historicum* etiam *legum* simul *historia* spectet, ea tamen cum *legum scientiâ* & *professione* haut commiscenda est. †
56. Illa *minus*, hæc *major* quid est, illamq; ut totam partem *sue memorum*, complectitur. † Non enim *Ictus* est, qui non *historicus*: sed potest esse *historicus*, qui non est *Juris peritus*. † Ut ut verò *historicus* præsupponatur *salis*, qui polleat *scientiâ Juris, qua profectò & meo quali quali judicio splendens historia ornamentum existit*: Non tamen illic illa in quodam *subjecto scientiarum concurrentia* confundere potest disciplinas, in se & suâ natura diversas, sed manent adhuc illæ distinctæ, diversæq; *Ictorum ac historicorum* functiones. †
57. Immo licet lubens concedam, quod *Juris prudentia, sive Juris publici & juris privati scientia, cum historiâ amicè conspiret, altera alterius poscat opem, quod fusè demonstratum dabit semidecadiæ tertiæ q. 1. & 5. articulum cum historica scientia inferviat tantùm Juris prudentia, & à potiori sive eo, quod prævalet, appellatio faciendâ sit, Virum illum, qui & historiâ & Juris prudentiâ scientiâ imbutus sit*, non rectè quis *historicum*, sed *jure meritoq; Ictum* dixerit. †
58. Quæ cum ita sint, non video certè, cur *Juris publici scientia* peritæ *historicæ*, & non potius *Juris prudentiæ cognomento* indigitanda sit. †
59. Et hæc quidem, pro nostrâ sententiâ corroborandâ dixisse, sufficit. †
60. Quibus probè observatis, quid ad *adversa opinionis fundamina*

Lamina responderi possit, cuius in aprico erit, ut proinde prolixiori deductione controversia hæc minime opus habere videatur. † Voicum tantum annectimus, non aptè hic distingui, *inter* 64
Jurispubliæ scientiæ. & inter statum Imperij notitiã, illamq; partem
hujus dici. Jurispubliæ enim scientia consistit non solum in
LL. Imperij, sed in totius Imperij statum accuratã notitiã, & potius illa
hanc in se continet. † Diximus enim superius *in semid. prima quest.* 65.
 2. jus publicum in genere esse jus, quod *statum Reipublicæ* prima-
 riò ad communem omnium totiusque Reipubl. utilitatem diri-
 git. † Unde sequitur, nec *Jurispubliæ scientiam* vel fingi pos- 66.
 se *absq; ipsius statum notitiã.* - † Et quamvis illam ad *legum tem-* 67.
perij peritiã restringi pateremur, (quod tamen nullo modo conce-
 dendum erit) adhuc tamen assertio nostra firmo stare tælo, cum
statum presens nostra Reipubl. aliunde commodius & perfectius
 cognosci hauri possit, quàm ex *ipsis Imperij Constitutionibus dextrè*
intellectis, utpote quæ de *statu Imperantium & parentium* dispo-
 nunt, atq; illum certo modo describunt, & circumscribunt. Non
 tamen disliceor, ad hanc rem multum facere historiarum scien-
 tiam. † Concludimus ergo hoc axioma: Qui jus publi- 68.
 cum penitus scit, & verum ac genuinum LL. Imperij novit sen-
 sum, ille etiam statum Imperialem ignorare nequit.

QUESTIO II.

An rectè Ictus à Politico discernatur, quan-
 do ad illum jus privatum, ad hunc publicum jus
 spectare dicitur?

† Per politicum hic non intelligimus *hominem ex fraudibus &* 71.
malitiis confutum, versutum ac versipellem, similem Menoni illi.
Thessalo, de quo Xenophon, vel Vertumno, Protheo, Alcibiadi
Chameleon dicto. ad id tantum apum natum, ut simulare, diffi-
mulare, omnes, quibuscum eidem vivere contigit, fasillè perferre ac
paci eorum obsequi studiis, adversari nemini, verba dare cautè, pug-
nare dolose, blanditiis certare, aliud ore promere, aliud corde ge-
nerere, ad suavisimum loqui, frontem componere, moribus suis
artibus callidè omnibus arridere & blandiri optimè norit, (qua-
 lo:

le hominum genus, perverſum hodiernum ſeculum, pro Politicis perverſo judicio æſtimat, peccitūs immemor vocis illius tremendæ, & in eosdem graviter invehentis: *Va duplici cordi, & labiis ſcelestis! Cor ingrediens duplices vias, non habebit ſucceſſus felices.* Ut hinc profeſſo non immeritò dubitare liceat, *utrum talis abuſivè dictus politicus in Chriſtianorum numero habendus?* Aded ſcilicet honeſtum nullū nomen exoſum vique;

2. redditum eſt. † *Nec hominem gratioſum, elegantia morum condecoratum, & qui geſtibus peregrinè, erurumq; flexionibus riſe utitur, ac ſeria ſaleſq; tempore accommodat.* quem quis reſtius politum, quàm poliſicum dixerit: † Multo minus omnem eum, qui civilis ſocietatis capax eſt, quo in ſenſu Philoſophus hominem appellavit *ἄνθρωπος πολιτικός* *lib. 1. polit. c. 2.* (intelligi non quoad ipſum actum, ſed quoad potentiam proximam quia natura hominibus indidit impulſum & appetitum civilem hoc eſt, appetitum ad communem viſa conſuetudinem, † Nec portò
3. talem, qui non eſt Eccleſiaſticus, ſed ſecularis. † Immo nec eum, qui vel ſolà doctrinā Politicā, vel ſolā experienciā rerum publicarum inſtructus vivit. † Quamvis enim utriq; ſua conſtet laus, & utraq; ad politici conſtitutionem hauri parum faciat; utramq; tamen ſeorſim conſideratam multum imperfectionis in comparandā civilis prudentiā habere certum eſt, cūm civilis illa prudentia verſetur circa ea, quæ nec uno alterove experimento cognofci, nec vel præceptorum mole, vel diſſerendi ſubtilitate præſuſu comprehendendi, & explicari, certuſq; deſignari limitibus poſſunt. † Variabilis eſt natura humanarum actionum, abuſive rationes conſiſtorum, ſubtilis obſervatio circumſtantiarum, difficile judicium ſactorum, periculofa proviſio faciendorum, quæ omnia, ſitu artium & præceptorum beneficio poſtulis ex incertis certa facere, id agas, ut cum recta ratione inſanias, verba ſunt Da. Johannis Henrici Boecleri, Eloquentiæ profeſſoris publici Argentoratensis in diſſertatione ſua, quæ inſcribitur, hiſtoria ſchola Principum, c. 1. num.
4. 7. † Unde & poliſtiſmus Beſoldus in Templo ſuo juſtitiæ num. 73. pag. 74. in hæc erumpit verba. † *Ridiculè inſaniente Poliſtici noni, uno arg, altero axiomate poliſtico qui tumidi, paucarum quarundam bipar. arum liſione tumidi, Reipublica gubernacula*

-cula in manu temerè sumunt, & dum Juris privati cognitione ca-
 vèr, nec singulorum rationem habent, universos miserabiliter perdunt. 10.
 † Ed res hodiè redit, ut Pueri Politici nominari velint. † Po- 11.
 liticorum ejusmodi disputatiuncula, generalia tantum & quaedam
 summam tradunt, non ad speciem descendunt, de quibus distinctius
 explicent & particularia pressùs evolvant. † Et paulò post: 12.
 Historiarum & Politicis, quam vocant cognitionem, vel jungi volo, vel
 pramittere studio juris: In iis universam Republicam administranda scien-
 tiam consistere autumo minimè. † Per Politicum itaque exau- 13.
 dio, Virum Reipubl. nostra rectè perficienda & administranda peritum
 artificem, qui consiliis suis salutaribus circa felicitatem ejus maximè
 laborat, civèsq; bonos & LL. obtemperantes facere conatur, atq; ita
 qui versatur in rebus agendù, in Magistratibus, in consiliis & lega-
 tionibus. Hic enim demum Politicus & nullivò existimatur.
 Arist. l. 1. Ethic. c. 13. pr. & lib. 3. Eth. c. 6. pr. & ibidem ejus inter- 14.
 prete accuratissimus Gifanius. † De tali Politico in presentia-
 rum disquiritur, utrum à J Cto, & quidem dicto modo rectè discrimi- 15.
 netur? † Plerique ferè, quos ego quidem hætenus inspexi,
 uno ore affirmativè respondent, certò sibi persuadentes, J Ctos
 ex omnibus actionibus hanc tantum particulam, ut materiam sua
 arti subjèctam habere, qua est de actionibus & rebus forensibus, con-
 tractuum & testamentorum, & id genus aliarum: Juris verò publici ra-
 tionem ad Politicum specialem pertinere: † J Ctos in componen- 16.
 dii stipulationum ac judiciorum formulis occupatos esse, tenere se sci-
 entia respondendi ac cavendi de stillicidiorum ac parietum jure, tra-
 ctare de aqua pluvia arcondà, de finibus regundia, de eloaciis, & hujus-
 modi reliquis, qua non ita magni ad rem publicam sint momenti, v. g.
 an impicionis tabula legitimi sint confecta, an pro haustu confessoria
 datur, an testamentum in noctu conditum, non accensis tribus candelis
 sit nullum & c. † Ad J Ctos spectare tertiam duntaxat politica 17.
 partem, nimirum dicatorem seu forenses, cui qui reliquas duas
 J Ctos regit præstatorem i. e. legislatariam & consultariam non adjungant,
 verè etiam Politicos non esse, nec dici posse. † Ita scilicet acerbe, 18.
 duriter, & iniquè, (loquor cum Politissimo Besoldo) ab iis etiam,
 quibus J Ctorum functiones haut cognitæ sunt, cum iisdem a-

19. gitur: sed immeritissimò. † Rectius saniores alii, pauci licet, nullam hoc in casu agnoscent inter *Politicum* & *JCtum* differentiam, nec amplissimum *JCtorum* munus arctissimis & angustissimis illis cancellis atque finibus concludunt & circumscribunt, sed *utrumq;*, *jus* & *privatum* & *publicum* eidem adferibunt.
20. † Idque subsequenibus propugnatur rationibus. † Primò militat pro hâc assertionem ea omnia, quæ hæctenus *in semidec.*
21. *prim. q. ult.* & jam *precedenti questione primâ* fuere allata. † Secundo ita argumentor: *S: finis Jurisprudentia est id, in quo consistit formalis ratio Politici, sequitur, quod illud etiam rectè referatur ad eandem: Atqui recta reipublica gubernatio, in qua consistit formalis ratio Politici, est finis Jurisprudentia. E.* † Minorem nuper jam probatam dedimus ex §. *ult. proam. Instit.* † Nec negari poterit, non minus *jus privatam*, quàm *jus publicum*, publicam intendere salutem, & id tantum discriminis inter ea jura esse, quod illud *primario singularorum, hoc verò primario totius Republica, communem utilitatem respiciat.* † Utramque utilitatem recta reipublicæ requirit gubernatio, & congrua justitiæ administratio.
26. † Tertio nemo sanus diffitebitur, immò jam audivimus, illum veri Politici nomine dignum esse, qui cives bonos & legibus obtemperantes facere anititur. † Verù id ipsù est, quod *JCti* querant & curant unicè. † Quo nomine, singulari encomio eosdè mænat *Ulpianus* & ex eo *Justin. in l. 1. §. 1. D. de just. & Jur.* qui §. ita se habet: *Justitiam namq; colimus, & boni, & aequi notitiâ proficemur: a quibus ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu penarum, verum etiam pramiorum quaq; exhortatione efficiere cupientes; veram, nisi fallor, philosophiam non simulatam affectantes.* † Ecce! Hic *Jurisprudentia* dicitur *vera* & non *simulata philosophia*, hoc est, *philosophia practica, in ipsa usu posita, qua in publico simul & privato officia excellit, civitates & rempublicam consistenter fortiter, & peritè administrat, quæ omnium virtutum disciplina est, non quidem eadem verbis tantùm, sententiis, variisq; disputationibus docendo & inculcando, sed autoritate Legum Imperialis præcipiendo, bonisq; ut excitentur alij, pramiis atq; honoribus exornando, ex adverso autem vitia & delicta hominum non tantùm præcepta*

praeceptis prohibendo, vetando sed etiam variis penis damnando, coercendo, vindicando. † Elegans hanc in rem extat locus 30.
 apud Plinium *lib. 1. epist. 10.* ubi refert *Philosophi Euphratis de*
vera philosophia iudicium: Nam, inquit, *distingor officio*
ut maximo, sic molestissimo. Sedeo pro tridunali. Subn. to li-
bellas, conficio tabulas: scribo plurimas, sed illiteratissimas literas.
Soleo nonnunquam (nam idiosum quandoq; contingit) de his occupa-
tionibus apud Euphratem queri. † Ille me consolatur, affirmat 31.
etiam, E: HANC philosophia, & quidē pulcherrimam partem,
agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere & ex-
ercere iustitiam, quaeque ipsi doceant, in usu habere: † Scitē 32
 & appositē igitur de Principibus scribere videtur vir ille incom-
 parabilis Do. Fridericus Horlederus, quando hisce virbis Prin-
 cipum studiorum cursum describit: † *Über weis Fürstli-*
che Personen weder der massen/wie andere/ mit den studiū
anzustrengen/noch so lang/wie andere/denselben obliegen/
noch auff ein studium die gantze zeit ihrer Studier-Jahr/
geschweig denn ihres Lebens/ wenden können/re. Vnd ü-
ber diß alles größten Theils in der besten Blüt ihres Al-
ters/ den Academischen vnd Theorischen studien das valere
geben/mit der Würde der Landes Fürstlichen Regierung
sich beladen/vnd dabey/als die veri Philosophi, auß täglichem
fürfallenden Regier-geschäften/vollende lernen müssen/
was die simulati auß den Büchern heranz zu klaben pfl-
gen. Demnach. &c. † *Quartō apud dissentientes exp-*
dicum est, eum verē esse politicum, qui cognitione Politices &
historices est imbutus. † *Sed verus Ictus (non enim de causi-*
dico, vel proclamatore, aut rabula hic nobis sermo,) non potest non
esse politices & historices gnarus: E. etiam verus Ictus est verē
Politicus. † *Minorem defendunt ipsi dissentientes, ut pro-*
indē nullus ego videam, qui à contradictione se liberare queant.
 † *Tantam enim illi inter Jurisprudenciam & Politicam affinita-*
tem esse asserunt, ut, qui huius peritiam non habuerit, boni Icti-
nartes explere non possit. † *Cum enim pro diversis verumpub-*
 licarum, 34.
 35.
 36.
 37.
 38.

- licarum formis diversa jura, diversaq; leges constituta fuerint, magnum erraret errorem, qui illa jura illasq; leges omnes presentis Reipublicae statui à prioribus longè diversa accommodaverit.* † Annon hæc ratione boni JCris partes etiam ii, qui in diversas à nobis abeunt partes, ad presentem reipublicam statum, ejusque curam extendunt? † Unde profectò mirari subit, eos nihilominus inficias ire, quod ad JCros spectet jus publicum, officiumque veri politici iisdem commune. Sit. † Etenim quintò si & præterita & præsentia intuemur tempora, cettè ICrorum munus privati juris cancellis minimè conclusum, sed & Reipublica Romana tum veteris, tum hodierna gubernationem non minus in statu Monarchico, quàm Democratico, nullis aliis, præterquam Jurisconsultis, & quidem non sine singulari dignitatis prærogativà concreditam conspicimus, vitosq; tum in Publici tum in privati Juris studio egregiè versatos atque exercitatos nunquam non extitisse, non modò temporum Romanorum testis historia edocet, sed & ipsa quotidiana attestatur experientia. † Ex veteribus JCris Lectori benevolo hæc vice sistere juvat. (1.) † Quintum Tiberonem, Consulem Romanum, qui Offitio operam dedit, Jurispublici & privati Doctissimum dictum l. 2. §. 46. D. de orig. Jur. (2.) † Cajum Atejum Capitonem sub Augusto consulem, quem Tacitus humani diviniq; Juris scientissimum, A. Gellius publici gratiæque Juris peritissimum nominat. (3.) † Antistium Labeonem, liberatis vindicem strenuum, qui præter juris studium philosophia & humaniori literatura (ita enim rectè explicatur l. 2. §. 47. D. de orig. Jur. Ubi etiam rectius legitur ingenii qualitate, quàm cum Mureto, acrisitate, item, & ceteris, quàm cum eodem, quàm cum Nerva) operam dederat. (4.) † Nervam Patrem, Cæsari Tiberio familiarissimum. (5.) † Cælium Sabinum, JCtum, tempore Vespasiani ob Juris doctrinam & potentiam singularem, celeberrimum. (6.) † Priscum Javolenum, qui Plinio teste l. 6. epist. 10. interfuit officiis, adhibitus consiliis, atque etiam jus civile publicè respondit. (7.) † Neratium Priscum, Trajano Imperatori admodò charum, ut hic illi rempublicam commendaret, si quid sibi fatale contingeret. (8.) † Titum Aristo,

Aristonem, qui cum prædicto Neratio prisco, Trajano Impera-
 tori à consilio fuit. † Hunc idem *Plinius lib. 8 epist. 14.* & pri-
 vati juris & publici peritissimum vocitat. † *Et in epist. 22. lib.*
1. scribere non videtur; illo nihil gravius, sanctius & doctius fuisse:
 Ut sibi non unus homo sed literæ ipsæ, omnesq; bonæ artes in uno
 homine summum periculum adire viderentur. Quam peritus,
inquit, ille & privati juris & publici? quantum rerum? quan-
 tum exemplorum? quantum Antiquitatis tenet? Nihil est, quod
 discere velis, quod ille docere non possit: Mihi certè, quoties ali-
 quid abditum quæro, thesaurus est. † *Et paulò post;* Non quidem
 Gymnasia sectatur aut porticus, nec disputationibus longis ali-
 orum otium suumq; delectat: sed in togâ negotiisque versatur:
 multos advocacione, plures consilio juvat. (9) † *Emilium*
Papinianum, quem Spartianus juris Asylum, & doctrinæ legalis
thesaurum nominat, quem etiam Imperator Septimus Severus sub-
limissimâ prætorianâ præfecturâ decorasse, idem scribit in Anto-
nino Caracalla. (10) † Domitium Ulpianum, Imperatoris A-
lexandri Severi Coasiliarium, & Magistrum scriinii, quem Alexan-
der tanto favore profecutus fuit, ut amicum & parentem suum
nominaverit, eundemq; à militum irâ objectu purpuræ suæ de-
fenderit. † Et quamvis prælaudatus Imperator Alexander Se-
verus plurimis & Doctissimis Jctis quasi circumvallatus vixe-
rit, ad id, ut nec ullam constitutionem sine viginti juru peritu sa-
pientissimis sacrârit, inter omnes tamen Principum obtinebat
locum Ulpianus. † Hi omnes & singuli juxta cum pluribus
aliis, quos recensent alii, non tantummodo civibus privatis, sed
& Republica consilia dabant: † Hi tractabant, & jura priva-
ta & jura publica: † Hi dirigebant judicia, & simul republi-
cam administrabant. † Et licet quidam cum primis muneri
de jure privato respondendi, privatisq; consulendi, præfuerint, inde
tamen hæcriter haur colligitur, illos universi juris expertes fuis-
se, sed privatam jure eatenus exercuerunt, quoad populo præstare vo-
luerunt. † Non parùm etiam Candidatis, & qui Magistratus,
summasq; dignitates ambiebant, proderat, operam in cavendo
& consulendo civibus præstitisse. † Quâ de causâ primæ
 digni-

63. Dignitatis Viri, & Illustrium Familiarum homines apud Romanos de Jure respondebant & consulebant. † Unde magnum illi mihi videntur errare errorem, qui *jurisprudentiam Romanam ad eam tantum Politicam partem*, quam Aristoteles *lib. 6. Eth. 1. 8. dicitur* seu forensam appellat, restringunt. † Verior ex jam dictis eorum apparet opinio, qui *jurisprudentiam etiam ejus prudentiam partem esse* statuunt, quæ à Philosopho *in 2. dicitur*, quod facit ipse aliàs à nobis (*in prolegom. in Eth. Arist. pag. 3. & ad 9. 4. Inst. de just. & Jur.*) dissentiens Obertus Gifanius *comment. in d. cap. 8. lib. 6. Eth. Arist. pag. 489.* † Et si vel hodie aulas Imperatoris, Regum, Principum percurreremus, & inquireremus, *quinam illi sint, qui de rebus publicis consulant, deliberent, qui reipublica clavam teneant, quorum ope, operâ ac prudentiâ leges cum de statu publico, cum de statu singularum ferantur*, deprehendemus certè, *illos non esse alios, quàm Icos.* † Non tamen diffiteor, sed meritis concedo lubentius, *prudentiam illam*, quæ ad reipublicæ nostræ administrationem requiritur non tantum beneficio *jurisprivati*, sed vel maxime *jurispublici, Politicorum preceptorum, & historiarum*, nec non *usum sive experientiam* acquiri posse. Sed abrupto. Plura cum Deo Dic alio.

QUESTIO III.

An jurisprudentia nostra duplex sit privata & publica?

1. † *Affirmativa sententia* multis per placet, ex eo, quod etiam jus Romanum duplex sit, *privatum scilicet & publicum l. 1. §. 2. D. & §. ult. Inst. de just. & jur.* † Verùm enim verò cum nec legibus, nec Rationi, (*sine quibus sament loqui meris d'erubescimus Novell. 18.*) opinio hæc videatur consentanea, nostrum nunquam adepta est calculum, sed in hac sententiâ semper fui, & adhuc persisto, *Unicam solummodo esse Jurisprudentiam Romanam, cujus obiectum est jus Civile Romanum, quatenus consideratur ut totum integrale, dispesciturque in suas partes integrantes, privatum & publicum;* † Et hoc

hoc est, quod in *d. l. 1. §. 2. D. & S. ult. l. de l. & l.* dicitur, *Hujus studii duas esse positiones. publicam & privatam: ubi per verba, Hujus studii, intelligit Justinianus juris prudentiam, cujus in m. §. 1. finem, in §. 2. definitionem, in §. 3. modum docendi eandem, in §. 4. ejusdem præcepta generalia paulò ante proposuerat. † Voce Positionum, non species, (pro iis enim nec *ius Romanum*, nec *ius illius studium*, publicum & privatum jus agnoscit, quia utrumque jus ad publicam utilitatem spectat, unum primario, alterum secundario,) sed *Capita & objecta* denotantur, ut sensus sit, *juris prudentiam sive juris studium consistere vel positum esse in cognitione duplicis juris, publici & privati, legesq; positas esse tum super eo, quod ad statum rei Romana spectat, tum quod ad singulorum utilitatem* Bachovius *ad. d. §. ult.**

QUÆSTIO IV.

An jus publicum sit prius jure privato?

† Si ex *communis Doctorum opinione* quæstio hæc necessariò decidenda esset, distingueremus hic *inter prioritatem naturæ & ordinis, & inter prioritatem ratione dignitatis.* † Posteriori considerandi modo *ius publicum prius jure privato:* Priori vero casu *ius privatam jure publico prius esse existimatur.* † Distinctionis hujus ratio hæc esse videtur, & quidem quoad membrum posterius, quod quantum præstans publica privati, quantum communis Reipublicæ utilitas, singulorum utilitati, tantum etiam jus publicum *juri privato.* † Membrum prius huic ianitur fundamento, quod *ius privatam quasi regula, jus publicum autem quasi exceptionis instar sit.* † *Regulam, verò prius cognoscendam esse, quam ipsam exceptionem, nec ex publico jure privatam, sed publicum ex privato constare nos notius est.* † *Necessariò itaq; præmittendum erit jus privatam, hujus, cognitio præcedat juris publici scientiam & doctrinam, necesse est.* † *Hæc de causâ etiam Iustinianum Imperatorem non nisi avaram manu jura publica tractasse, immò in penitus posthabitis de solo jure privato in Institutionibus egisse, veri simile est.* † Ita scilicet *Dd. ad. d. §. ult. Inst. de l. & l.* hæc de re sentiunt communiter. † *Quod membrum distinctionis posterius attinet, de eo quidè nec apud*

4-

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.


pud

10. pud nos ullum extat dubium: † *Primo* verò omni haur caret scrupulo. † Videmus enim Justinianum Imperatorem *de iis, qua spectant ad jus publicum*, statim in libro primo *pandectarum*, qui tamen cum subsequentiis libris *và πῶν τῶν ἰουρίσ τε ἰουρίσ τε ἰουρίσ τε*, hoc est, prima qua iam rudimenta & principia, qua jura ipsa & judicia procedunt, solummodo continet; nec non in libro primo *Codicis* tractasse, immò & in *Institutionibus* quædam de jure publico annotasse, uti patet ex *Rubr §. 1. §. 2. proem. §. 4. 5. & 6. Inst. de Jur. nat. Gen. & Civ. lit. do ver. divis. aliisq; locis.* † Præterea si non magis, æq; tamè illud scitu necessariù esse videtur, quod ad totius *Reipublicæ* spectat commodù, ejusdemq; statum quàm quod ad singulorum utilitatem. † Præstat itaq; forte an jura illa privata & publica conjungere, & simul (*leviori tamen & simplicis viâ, quàm commendat ipse Imperator §. 2. Inst. de J. & I. semper observatâ*) addiscere quàm eadem separare, alteriq; ex his manum admoveo, alterum verò negligere, & susq; deq; habere. Utrumq; enim jus & privatum & publicum jurisprudentiæ nostræ objectum esse jam audivimus.

Quæstio V.

An juvenis idoneus auditor jurispublici scientiæ sit?

1. † Ut omnis tollatur scrupulus, qui circa quæstionem antecedentem moveri possit, hanc quæstionem colophonis loco apponere placuit. † *Affirmativa* autem subicribimus sententiæ, quia juvenis memoriâ, ingeniiq; alacritate alios excellit, aliisq; præsumitur perspicacior, argum. l. 37. *D. de Edil. Edict.* † Facit huc inscriptio sive dedicatio Justinianæ in *proem. Instit. cupida LL. Inventus facta.* † Nec est, quod quis Aristotelem objiciat, ex *Ethicorum* *νεωτεροι* adolescentes abesse jubentem. † Hoc enim telum *Clypeo Quintilianicum Arripeo* excipere possumus: † Non id esse æstimandum, cujus quisq; sit ætatis, sed quantum in studiis jam effecerit. † Nec enim ætate, sed ingenio, adipiscitur sapientia, ut ait Plautus. † Immo hanc quæstionem Aristotelis, an scilicet juvenis possit esse auditor *πρακτικῆς* disciplinæ? Dômutiam videri, expressè scribit *Gryphiander in disc. de polit.* Tantum Terminalia sunt.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.



Gratiã Favente Divina!

ELECTORVM JURISPUBLICI ROMANO GERMANICI

SEMIDECAS TERTIA.

QUÆSTIO. I.

Quæ sint principia Jurispublici?

Respondēt
Austria
Schwaben
Culmb.
censū Fran-
co.

P Principii vox ambigua est. Ut enim ejusdem frequētiore tantum significatus enumerem, sumitur illa 1. pro ordine principalium & loco in castris, in quo consistebant milites robustiores & principales, post quos locus erat in acie tutissimus. † Hinc ille apud Terentium: *Hic ego ara post principia, inde omnibus signum dabo.* Hucque spectat vulgatum illud verbum: *Ubi stat post principia.* † 2. Pro loco castrorum, in quo jus reddebatur; Ita in *l. 1. pr. C. de Veterani*: ubi: Cum introisset principia, & salutatus esset à præfectis & Tribunis, & à viris eminentissimis, acclamatum est, *Auguste Constantine, Deus te nobis servet, vestra salus, nostra salus.* † Locus parallelus est in *l. 12. §. ult. D. de re milit.* ubi dicitur, quod officium tribunorum sit, delicta secundum autoritatis modum castigare, principii frequenter in esse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere. † 3. Pro qualibet cujuscunque rei initio & auspicio. *l. 1. D. de orig. jur.* † 4. Pro omnino, quod altero prius est, vel tempore, vel natura, vel ordine, vel dignitate. † Prius tempore est *l. 1. §. ult. D. de re milit.* quod vetustius & antiquius est, hoc est, quod aliud antecedit, vel omnino, vel quoad aliquam partem. † Natura prius est, quod naturali essendi ordine antecedit, estque duplex

E

1.
2. I.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

- duplex vel *alterius in se* Ter: *Et utriusque dicitur*, quod habet reciprocam secundum existentiam consecutionem cum suo possessore, & quo posito, ponitur etiam posterius; sic differentia specifica naturæ prior est ratione speciei. † Vel *ut dicitur in principio* quod non reciprocans est, sine quo posterius non est, ipsam vero est sine posteriore: Ita prius est genus ratione certæ speciei, v.g. animal prius hominis. † Prius ordine est, quod ante aliud se subsequens dispositum, situm, collocatum est. Sic exordium prius narratione. † Dignitate prius dicitur, quod est melius & præstantius. Sic virtus prior est divitiis. *vid. Aristos. lib. Categor. cap. 12.* † 5. Sumitur vocula principii pro rei alicujus causâ, tum intrinsecâ, materiâ & formâ, tum extrinsecâ, causâ scilicet efficiente & finali. † 6 In generaliiori scilicet significato accipitur pro omni eo, unde aliquid est, procedit, aut fit, aut cognoscitur, sive sit causa sive non. † Hinc Principia dividuntur in principia essendi & cognoscendi, quæ posteriora vel absolute vel exclusive talia sunt: † *Priori casu* cum principiis essendi coincidunt. † *Posteriori vero modo hæc ab illis differunt*, cum & ex effectibus & accidentibus res cognosci queat. † Non hinc voce principiorum, media cognoscendi, fontes, fundamenta, & quicquid ad solidiorem jurispublici scientiam facit, subintelligimus. † Hisce præmissis dicimus, *duplicia esse jurispublici principia*, tum communia, vel ut alii loqui amant, assumta, adscientia, dependentia, tum propria sive peculiararia. † Asscientia aliis etiam scientiis communia, & vel divina vel humana sunt. † Divina nobis suppeditat omnium scientiarum Regina, Sancta illa Theologia ex verbi divini oraculo, quod pedibus nostris lucerna, & lumen semitis nostris est. *Psalm. 119. v. 105.* † Hæc, *quæ jura Magistratus, quod ejusdem, nec non subditorum officium, quando, & cum quibus bella gerenda, ac fœdera iucunda, quæ religio in rempublicam introducenda, quæ reformanda, & quæ sunt hujusmodi alia juspublicum concernentia*, abundè docet, quod pro me doceat *Magnus noster Gerhardus p.m. in tract. de Magistratu politico*: † Ea propter in decidendis & dijudicandis jurispublici controversiis nunquam non respicienda &

comprimis attendenda verbi divini autoritas. † Quicquid ei- 27.
 dem congruum, ratum & validum; Quicquid verò eidem ad-
 versum, nullum est. † Væ illi, qui verum illud lumen in qui- 28.
 buscumq; vis suis non habet prævium. Abtrahit ille à vero
 tramite multoties, nec viam inveniet. † Sine Deo qui con- 29.
 sultat, laborem concipit, & parturiet vanitatem. † *Filii de-*
sertores, dicit Dominus Esa. 30. v. 31. ut faceretis consilium, & non ex-
me. Ipsi aedificant, & ego destruam, & vocabuntur terminus improbi-
tatis; & populus, cui usq; in seculum indignor. Per Deum transfili-
endus est murus, transcurrenda turma. † Verum pro dolor! 26.
 hodierno seculo viam potius tentamus humanam, quam divi-
 nam. Machinas adhibemus, quas ratio miserè corrupta & de-
 pravata, & ratio stans suggerit, consilia divina neglecti
 habentes. Politica magis quam divina sequimur, de quo jam
 suo tempore conquestus est *Beatus Luberus.* † Quæ etiam 27.
 causa est, cur consilia nostra felici careant successu, Imperia &
 Regna devalescent, civitates deleantur, omniaq; ruinam mini-
 tentur. † Nec est, quod quis vulgaram illam, *inter forum poli*
& forum soli, distinctionem nobis objiciat, quasi in foro soli
 multa justa sint, quæ in foro poli injusta, & prohibita, ut proin-
 de non necesse haberemus, id attendere, quod lex Divina præci-
 piat. † Si enim *hoc sensu* distinctio illa adhibetur, meritò e-
 andem penitus damnamus & rejicimus, cum jura humana posi-
 tiva neq; juri naturali, neque juri Divino sint contraria, sed hisce
 subordinata & inservientia. † Apage distinctionem illam
 hoc modo acceptam. Nil nisi inicitæ & injustitiæ iudiciæ &
 monumentum est, quod i signem impietatis maculam juris pru-
 dentis nostræ, quæ res sanctissima est, inurit. † Ipsa Juris
 prudentiæ præcepta eandem respuunt, quæ sunt, *honeste vivere,*
alterum non ledere, suum cuiq; tribuere. † Rejicit quoq; eam
 divinum Papiniani estatum, quod extat in *L. 15 D. de condit. insti-
 tuta.* *Qua facta, inquit, ledunt pietatem, existimationem, & reverentiam*
nostram, & ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere
nos posse credendum est. † Dices fortecan, *publicam utilita-*
tem præferri privatorum commodis, nec non multa pro conservatione
 28.
 29.
 30.
 31.
 32.
 33.
 34.

- status publici permitti, quia aliis & in se iniqua sunt; idq; exposcere*
Rationem status; Aristoteli diam. secund. lib. 2. polit. c. 8. aliusq; ad
dominationis dictam Clapmar. de arcen. Rerumpubl. cap. 1. lib. 4.
 35. † Sed Respondemus (supprimendū hæc de quæ jam dicta sunt, non
 ita nudè & simpliciter, sed cum omni cā salis esse exaudienda, uti
 36. dicemus in sentid. quarta. q. 3. † (2.) Quod, ut itas privata
 cedat publicæ, nec juri divino vel naturali esse ad verum, nec
 privato ullam hæc ratione inferri injuriam, utpote qui ad obe-
 37. dientiam patriæ præstandam l. 2. D. de J. & J. & obedientiam
 LL. obstrictas est. † Verū solus populi supremus lex est.
 Est Regina LL. in throno posita, cui vel itaq; cedatur & reveren-
 tiam præstant. In supremo consistit gradu, reliquæ in inferiori-
 bus: Illa est Domina, cui reliquæ accedunt. Et sic nulla con-
 trarietas inter privatam & publicam utilitatem esse potest. *Dna*
D. Justus Sicut cognom. Sicut disp. de statu Rei Rom. 1b. 7.
 38. pag. 9. † Annon ex duobus malis, eligendum in istis? Annon
 præstat totam conservare Rempublicam, quam unum reipubli-
 cæ membrum? Immo id ipsum jura divina & naturalia exigunt.
 39. † (3.) Non statim jus positivum contrariari juri divino vel
 naturali, quando illud vel ab istius generalitate recedit, quodq;
 generaliter constitutum, in subjectis restringit, limitat, extendit
 & ampliat, vel etiam id, quod jus divinum vel naturalé prohi-
 40. bet, ob majus evitandum malum permittit. † Prius *aqui-*
tatis imperamentum est, quod nec *jus natura vel divinum* recusat,
 sed potius ut legis generalis defectus, qui non culpa legis vel le-
 41. gislatoris accidit, sed naturæ rerum & negotiorum inest, ex
 mente legislatoris suppleatur, efflagitat. † Posterius autem
 inde verificatur, quod permissio non illicitè & præcisè supponat
 absentiam vitii, nec tollat peccatum actus, qui permittitur, mul-
 42. to minus illum justum pronunciet, sed in eo tantum jus positivum,
 quandoq; non assilistit juri divino vel naturali, quod impunitè
 tēn alicui actui vitioso concedat & largiatur, pœnamq; exter-
 nam civilē tūm propter depravatam hominum naturam, tūm
 propter tranquillitatem publicam conservandam, averrū-
 cāndumque majus malum, suspendat & permittat. † Cœ-
 terum

rerum & illum ipsa in actu pro peccato nihilominus agnoscit,
 & juri naturali vel divino contrarium pronunciat, per superius
 relata præcepta generalia. † Declarabimus rem exemplo ex
 jure privato petito: † Neminem cogitationis pravæ pen- 43.
 nam pati constat ex *l. 12. D. de pen.* † Ratio hæc est, quia jus 44.
 civile nudas interiores hominum actiones non attendit, utpo- 45.
 te, quæ finem jurisprudentiæ, tranquillitatem scilicet, & salutem
 Reipublicæ politicam, ut ita dicam, transcendunt. † Si enim 46.
 pravæ concupiscentiæ subjacerent pænæ civili, tota respublica
 pessumiret; & non ictu quæstorius civilis societas cæcus jugu-
 laretur. † Quis verò est, qui ex eo, quod cogitationes
 pravæ permissæ & impunitæ relictæ sunt, eas etiam contra jus 47.
 divinum approbatas fuisse cogitet? † Unde apparet, forum 48.
 poli & forum soli non esse species sibi invicem oppositas, nec ab
 hoc titulo segregandum; sed utrumq; potius conjungendum &
 coadunandum, ut si forte quædam à delictis non coerceat extremi
 judicii timor, illum punitæ æternæ metus detereat, vel si he-
 cesset, conscientie tamen oculatissimus adsit prohibeatq; tor- 49.
 tor. † Quamvis verò hæc ita sese habeant, non tamen pro-
 sus nego, posse ullâ ratione hæc duo, forum poli & forum soli,
 à se invicem discriminari, & distingui, sed eum forû solû ad ex-
 ternos tantum actus, exterorumq; legis observantiam restringa-
 tur, forum verò poli internam maxime requirere legis obedienti-
 am, non diffiteor, sed facile largior, illam fori distinctionem hoc
 considerandi modo tolerari posse, forumq; poli à forû soli diver-
 sum esse. † Alium habet Judicem forum Poli, aliud finem, 50.
 aliis etiam utitur coercendi mediis, ac forum soli. † Nec qui 51.
 justus existimatur coram judice humano; statim justus erit co-
 ram judice Deo, cordium scrutatore cuncticio. † Sed ma- 52.
 num de Tabulâ! Plus satis opinor, *primum & primarium Juris
 publici principium divinum seu Theologicum* jam demonstratum.
 † Humana Jurispublici præcepta *Philosophica* sunt, tam *Theo-
 retica*, quàm *practica*, & ex his quidem *comprimis præcepta poli-
 tica*, quorum præxin & ad nostram Rempublicam, ejusdem sta-
 tu convenientem applicationem monstrat Jurispublici scien-

54. tia. † Id verò quòd applicandum; primò omnium rectè cog-
 55. noscendum est. † His accedit rerum historicarum periti-
 56. cia, quæ non parum lucis Jurispublici studio suppeditat. † Pro-
 pria Jurispublici principia sunt vel *remota*, vel *proxima*. Remo-
 ta dico *jura civilia Romana privata & publica*: Proxima sunt *leges*.
 & *constitutiones nostri Romano-Germanici Imperii*, puta, *Aura Bul-*
la, Capitulationes, Recessus & Privilegia singulis indulta, nec non
 57. *mores & consuetudines in Republica nostra recepta*. † An vero
 etiam *varia illa Imperatorum Germanicorum constitutiones à Gól-*
dasto collecta, juxta cum Cameralibus decisionibus huc spectent, in-
 58. *semidec. 4. quæst. 4.* videbimus. †. Horum omnium princi-
 priorum cognitionem ad solidiorem & penitiorem LL. Imperii
 intellectum requirit Jurispublici scientia, sive Jurisprudentia,
 quæ adeo latè patet, ut nulla verè sit disciplina, cum quæ com-
 mune nihil habeat, adeo ut si quis Polymathiam in ICto requi-
 59. reret, forte non aberraret. † Nec mutat hoc pacto scientiæ
 suæ genus ICtus, quando scilicet aliarum artium principia ei-
 dem accommodat, sed potius, uti facere bonum interpretem
 decet, artium præcepta jurisprudentiæ nostræ perbellè intervi-
 60. entia in usum rerum rectissimè conjungit. † Ita scitè & sapien-
 ter scribit ICtus famigeratissimus, & Cancellarius Altenburgi-
 cus meritissimus, *Dn. D. Henricus Gebhard, in suo omnimodè eru-*
 61. *ditione refero tractatu de princip. Jur. concl. 3. n. 4. pag. 25.* † Fa-
 cit hùc quoq; quòd *Albericus Gentilius*, à Viro etiam prælaudato
 allegatus, *lib. 1. de nupt. cap. 8. circa fin.* annotavit: † *Nos quo-*
 62. *que, inquit, in libris legum Justinianearum non modo habemus, quæ*
subjècti sunt, & sintis juria humani, sed & quæ divini, aliarum scientia-
rum omnium. Parcè tamen de jure divino & parcè de rebus aliis,
nec unquam ex instituto. At pro occasione ejus, quod ad jus perti-
nebat.

Quæst. II.

An jurispublici principium desumen-
 dum sit ex *l. 1. de am. c. 8. v. 1. & seqq.*

Quæstio

¶ Questio hæc spectat quidem primariò ad sacre scripturæ
 interpretes Theologos: spero tamen pace illorum fieri posse, ut
 que tùm ab ipsis, tùm ab aliis viris eruditis de eadem conscripta
 reperimus, in gratiam cupidæ LL. Juventutis iam hisce chartis
 breviter consignemus. † Verba allegati textus ita habent:
Filiis vestris, inquit Samuel, tollet & ponet in curribus suis, & faciet
equites & præcursores quadrigarum, & constituet sibi tribunos &
centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum & fa-
bros armorum & currum suorum: Filias quoq; vestras faciet sibi un-
guentarias, focarias & panificas: Agros vestros & vineas & olivæ
optima tollet & dabit servis suis: segetes vestras & vinearum reditus
addecimabit, ut det servis suis, greges quoq; vestras addecimabit: Ser-
vos vestros & ancillas & juvenes optimos & asinos auferet, & ponet
in opere suo; & eritis ipsi servi. † Qui affirmativam amplectun-
 tur sententiam, ii verbis istis *in Majestaticum Boni Principis, &*
penes quem est summa & absoluta potestas, uno verbo, Ejus, qui *A-*
rifistateli secundum jura Rex & quidem non Tyrannus & secundum legem pra-
scriptam, sed & secundum jura humani qui scilicet omnia ex sua voluntate
agit, & gerit, dicitur; describi existimant. † Negativæ verò opi-
 nioni calculum adjicientes, prædicta vel *de Tyranno, deq; vulgata*
ac prava Regum consuetudine intellecta, vel tantum pro argumen-
tis dissuasoris adducta esse volunt. † Alii mediâ incedentes
viâ, locum illum Samuelis & ad Tyrannum & ad verum Princi-
pem referant, distinguentes, utrum Rex communi Republica utili-
tate, salute, & necessitate suadente jura ibidem descripta sibi vindic-
et, an verò ea exerceat, temerariâ cupiditate, & privata libidine im-
pitatus & impulsus. † Priori casu Regem Regiâ suâ potestate
meritò uti: Posteriori verò Principem Tyrannum agere, & pote-
state suâ abuti. † Primæ opinionis defensores comprimis huic
innituntur fundamento, quod Samuel utatur non Tyranni, sed
Regis, nec consuetudini prava, & moris illius, sed Juri vel legi
vocabulo, & quod Israelitæ non Tyrannum, sed Regem sibi dari
petierant, nec non quæcunq; illo textu dicta sunt, Regi competen-
tant. † Eum namq; emittere in omnes terminos, & assumere ser-
vos, vitosq; strenuos pro comitatu suo & equitibus: constituere etiam,
 qui

ELECTORUM JURISPUBLICI

- qui ante festum vel currant, numeratâ mercede: Tollere quod, jumen-
 9. ta pro precio eorum, item agros, olivea & vineas pro seruis suis, ut eas
 10. deparantur, quando in militiam profecti non aliud habent, quod e-
 dant. † Eum insuper multis usq; indigere hominibus, cum alie-
 nis oculis videat, alienis manibus labores, alienis pedibus currat. †
 Regem egerat satellitibus sive corporis sui custodibus, & quidem è popu-
 lo viris fortioribus atq; militaribus, viris Equestribus & precursori-
 bus quadrigarum, cum non cuncti Magnates cum Heroe quondam
 11. VVrsenbergico gloriari queant, securos se in cõjusvis lion pet-
 noctare posse. † Opus præterea habet Rex ministris aulicis & ju-
 venibus optimis, panificio & coquinis, fabricis & artibus, quorum tem-
 12. pore Samuelis non exigua erat antona, uti apparet ex 1. Sam. 13. v.
 13. 19. ex 1. Regum 5. v. 6. † Rex potro agricola, pastoribus, Capitanen-
 14. sibus & Centurionibus indiget. † Negativè sententia propugna-
 tores id maximè urgent, quod Samueli loquatur ex ore Dei irati,
 & jus ac potentiam illam Regis tanquam pœnam semeris atq; populo
 15. Israelitico de nunciet, quod scilicet ille clamaturus sit in die illa. † Unde concludunt,
 non posse illuc intelligi legitimam potentiam & jus boni principis, cum
 de eo non conquirit, sed potius sibi amicitia gratulari debuisset populus
 16. Israeliticus. † Nec S. prophetam loqui ex de casu, quando justa &
 necessaria causa, Republica scilicet utilitas vel necessitas ejusmodi ex-
 17. ceptiones exigat, qui casus esset extragordinarius, & à normâ ac regulâ
 potestatis principis ex parte sed potius mentis illius hanc esse, quod su-
 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

illi monent, quod de Achabo, Nebotho invito vineam extor-
 quentes. Reg. 21. Nec non de officio Regum *Deuteron. c. 17. ext.*
 Ubi Boni Principii Jus hisce verbis describit: † Cum ingressu
 fueris terram, quam Dominus Deus dabit tibi, & possederis eam, habi-
 taverisq; in illa, & dixeris: Constituam super me regem, sicut habent
 omnes per civitatum nationes, cum constitueris, quem Dominus Deus e-
 legerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis ho-
 minem Regem facere qui non sit frater tuus. Cum autem fueris con-
 stitutus, non multiplicabis sibi equos, nec reducet populum in Aegy-
 ptum equitatu numero sublevatus. praferim cum Dominus praecep-
 rit vobis, ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini, non
 habebis uxores plurimas, quae alliciant animam ejus, neq; argenti &
 auri immensa pondera. Postquam sederis in solio regni sui, describes
Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar a sacer-
 dotibus Levitica tribus, & habebis secum, legerisq; illud omnibus die-
 bus vitae tuae, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire ver-
 ba & justificationis ejus, quae in *Legis praecepta sunt*: nec elevetur cor
 ejus in superbiam super fratres suos, neq; declinet in partem dextram,
 vel sinistram, ut longo tempore regnas ipse, & filii ejus semper Israël.
 † Tertia & media sententia fundatur in distinctione illa vul-
 gata potestatis principalis, in ordinariam scilicet & extra ordinari-
 am, nec non in diversitate juris Regalis capitum, quae in *sexto no-*
stro recensentur. † Et hisce compromis fere rationibus varia
 illa *Ed.* opiniones stabiliri solent. † Tu Lector benevole, ex
 hisce Elige, cui dicas, tu mihi sola places.
 † Mihi quidem, *negativa sententia* praeter ceteris appareat plausi-
 bilis. Pro qua illustranda notandum erit. † 1. *Formam Rei-*
publicae Hebraeorum fuisse tum Aristocraticam, tum Regiam: † A-
 ristocraticam sub Mose, Josue, senioribus & Judicibus, qui fuerunt
 Othoniel ex tribu Juda, Aod ex tribu Ephraim, Deborah ex tribu Epha-
 im, cum Barack ex tribu Nephtalim, Gedeon ex tribu Manasse: inde A-
 bimelch filius Gedeonis per vim, occisis fratribus, sed a civibus suis de-
 lectus, post Thola ex tribu Issachar, tum Jair ex tribu Manasse trans
 Jordanem, item Jephtha, tum Hesebō ex oppido Bethleem, inde Heli,
 ac Zabulonites, Labdon Ephraimites, Samson Danites, inde Heli, ac
 postre-

- postremo Samuel, ut erg, Levites. Caplus Sigonius lib. 6. de Re-
 29. publ. Hebræorum c. 2. p. 342. † Aristocratiam excepit uni-
 us Imperium sub Regibus Saul, David, Salamone, caterisq; Regi-
 bus Iude ex familia Davidis, nec non Mariabatis Assamæno ejusq;
 posteris, qui primitus sub titulo principis, deinde sub nomine Regis Repu-
 blicam administrabant, & bis extinctis, Regibus profelytis Ascalo-
 30. niis, Herode Magni Antipatri Ascalonitæ, Archelæo, prædicti Herodæ
 Magni filio, Agrippæ Herode, Aristobuli, qui ex Assamæno pri-
 mum se Regem dixit, filio, Herodæ Magni nepote. &c. † Verum
 hoc Imperium Regium non uniforme, sed aliquando non tam
 Monarchicæ, quàm Dominatæ & Tyrannidæ simile erat, quod vel po-
 31. steriori loco jam commemoratorum Regum Res gestæ edoceto
 possunt. II. † Si V Vilhelmo Schickardo, in tractatu suo de
 jure Regis Hebræorum Theorem. 7. credimus, nec Reges Hebræorum
 legibus soluti, sed potius ipsorum ac alios in dem (de legibus Moysæ
 loquor) obstrictos fuisse, nec locum habuisse tunc temporis illam Tyran-
 nu amicam vocem, quibus acclamari solebat Ethnicis: si libet, licet:
 an nescis te Imperatorem esse: Leges dare solitum, non accipe-
 32. re? † Hinc Rabini afferunt, ordinario judicio Reges ob transgres-
 sionem legis conveniri, & ad verbera damnari potuisse, Schickard.
 d. l. † III. Distinguendum hic esse sedulo, inter Sermonem
 33. Samuelis Regem disuadentis, murmuracionem, postulationem, & sum-
 mam ingratitude[m] populi detestantis, à sermone Samuelis Regem un-
 34. ctum populo offerentis & presentantis. † Ille totus apparet com-
 minatorius, variarum rationum dissuasoriarum à malis, quæ illi ex
 35. mutatione status Reipublicæ imminerent, nec non ab ingratitude
 turpitudinis peccatarum, plenus, qui non modò extat capitu nostro 8. ver.
 11. & subsequè sed & cap. 10. ver. 18. † Videatur omninò Joso-
 phus lib. 6. Antiq. Judaic. c. 4. & 5 pag. (mibi) 151. & seqq. Ubi
 36. inter alia Samuelem hisce verbis populum dehortatum fuisse
 refert: † Has jussit me Dominus suo nomine ad vos perferre. Ego
 vos in libertatem vindicavi. primum Ægyptiorum servos, deinde à vi-
 cinis Regibus toties victos ac subjugatos. Pro quibus beneficium hanc
 mibi gratiam reponitis, quod abrogato mibi quantum in vobis est im-
 perio, quasi nescitis: ut utilissimum esse homini à Deo regi, unum è vestro
 numero

numero digniorem existimatis, qui vobis præsist: qui subditis tanquam pecudibus pro sua libidine utens, quidlibet in quem via licere sibi voles. Non enim fieri potest, ut homo erga hominem sic affectus sit, quem admodum ego erga a meipso conditum. Eja quando plus apud vos potest temerarius animi impetus, quam vel religio vel beneficiorum memoria, digeratur multitudo per tribus & familias, & fiat sortitio. † Posterior Samuelis sermo, qui merito & precipue hic attendendus est, nihil quicquam illorum malorum in se continet, sed commendat potius ibi Samuel Saulum populo Israëlitis, quod ille omnibus præminet, & honore ibi regio dignissimus sit. † IV. Samuelem post Regem jam unctum & omni populo præsentatum enarrasse eidem jura regni, atq; volumini cuidam inscripta in tabernaculo Dei deposuisse. † Per jura regni non hic intelliguntur ea, qua me iudicanda ab iniuncto Rege praxiderat Deus populo, pro ut existimat Josephus d. l. sed ea leges, qua jubebant, ut iustitiam atq; aequitatem coleret, atq; rem publicam bene atq; ex utilitate civium moderaretur, quarumq; summam continent verba legis in Deuteronomio, qua paulo ante recensuimus. † Nobiscum sentit Petrus Cunæus de Republ. Hebræor. lib. 1. c. 14. p. 121. & seqq. † V. Nec deniq; ei, quod samuelem ex ore Dei irati & populi Regem petentis factum deestancia, loqui diximus, ob stare mandatum Dei desoligendo Rege, quod reperitur licet Deut. 17. v. 15. Ibi: ponendo pones super te Regem. † Ad hanc enim dubitandi rationem rectè respondet Maymonides, quem citat Schiekkard. d. tract. theorem. 1. pag. 16. † Postquam, inquit ille, constitutio Regis præcepta, cur noluit Deus O. M. cum rogarent Regem a Samuele: quia regnarunt ex indigna murmuracione, neq; ut facti facerent mandato, sed quoniam fastidiebant Samuelem prophetam. sicut dicitur (1. Sam. 8. v. 7.) non te, sed me reprobarunt. † Si dixissent, da nobis Regem, qui iudicet nos rectè & fideliter, non displicuisset Samueli. † Aut si rogassent ut constitueretur ipsius consilio. Rex, nec talis petitio fuisset Samueli odiosa. † Sed quia postulant, impone nobis Regem, qui iudicet nos pro sua voluntate, imitamine & exemplo aliorum Imperatorum Gentilium, qui sanciunt populo sui leges, quas cumq; animis concipiunt, in Deum fiduciaz fatuendicum: † Non enim indignissent, ut alii Gen-

tes Rege, si custodisset vias Dei, qui pro ipsis geris bella sua. Absum-
peregogor.

Quæst. III.

An jus publicum pro principiis & fontibus agnoscat: jus Naturale, Gentium & Civile?

1. † Quæstio hæc trimembris est, & triplex etiam de eâ Dd. opi-
 2. nio. † Vel enim illa à quibusdam in totum est ex asse, quoad omnia
 3. membra, nimirum jus Naturale, jus Gentium & Civile, vel ex parte ead-
 4. rum, & quidem ab aliis, quâ jus Gentium, & jus Civile, ab aliis au-
 5. tem de jure Civili duntaxat affirmari, de reliquis vero juribus nega-
 6. ri solet. † Qui jus naturæ ex numero Jurispublici principio-
 7. rum removen, ii seseventur (1.) l. 1. §. 2. D. de J. & J. & S. ult.
 8. Inst. eod. Ubi de jure privato tantum dicitur, illud collectum esse ex
 9. naturalibus præceptis aut Gentium aut Civilibus: † (2.) Jurispu-
 10. blicum stabilitate & varietate, cum illud proratione status Reipub-
 11. lica constituitur, & quod in hac Republ. justum, illud in aliâ in-
 12. justum sit. † (3.) Jurispublici Veteris Romani circa jura fe-
 13. derum impietate & vanitate, de quâ Vnesenb. ad tit. D. d. J. &
 14. J. pag: (mihi) 17. † Sed hisce non obstantibus, prima sententia
 15. subscribo. Præmitto autem, per jus natura hic intelligi rationis
 16. restu circa moraliter agenda judicium & dictamen, prohibens inbo-
 17. nista, honesta præcipiens: † Deinde dupliciter quædam juribus
 18. naturalibus dici posse. directè & immediatè: Et horum probatio
 19. duplex, à priori, & à posteriori: † Illa subtilior, hæc popularior est.
 20. Illa sit de demonstratione convenientia aut difformitatis cum ratione
 21. naturali. † Hæc ex omnium Gentium morationum, restu rati-
 22. onerestè utentium assensu & approbatione desumitur. † Quædam
 23. vero dicuntur Juris naturalis reduci ad quibus scilicet; jus natura-
 24. le non repugnat, quia injustitiâ caret, licet alias habeant ad restam
 25. rationem ordinem indifferentia, ut ex se nec eidem conformia & con-
 26. sentanea, hoc est iusta, æqua & bona, nec ab eâ aliena, i. e. ex se injus-
 27. ta, iniqua & mala sunt, sed eorû bonitas & turpitudò à dispositione le-
 28. gislatoris vel ex fine aliis, circumstantiis dependeat. *ut. . . Intendum
 etiam*

etiam ea, quæ ratio honesta oppositis meliora esse judicat, ad jus natura referuntur. † Porro probè observandum ad jus natura non ea modo spectare, quæ citè a prudentiam civilem & voluntatem humanam existunt, sed & quæ originem suam trahunt ex insistentia hominum, & voluntatis humana actum consequuntur. † Sic futurū dicitur jure naturali prohibitum, cum tamè dominium voluntas humana introduxerit l. 5. D. d. J. & J. Postquam verò illud introductum est, nefas est, alteri rem suam auferre, & per consequens facti prohibitio principiis Juris Naturalis consentanea rectè dicitur. † Nec obstat, quod jus, de quo nobis sermo, dicitur, sicut Philoſophus nominet, †. Dupliciter namque à naturâ, sive naturaliter nobis quid inesse potest, vel secundum actum perfectum, vel secundum potentiam proximam, quando nempe ejus cognitio non quidem semper & à principio nostri, sed tamen aliquod ad aliquod producendum sufficiens principium in nobis adest. † Quo posteriori modo Jus natura naturaliter nobis inesse existimatur, cum nos habeamus proximam potentiam cognitivam terminis ipsa cognoscere principia quaesivi sunt Juris. † Hinc præsuppositis, pro affirmativâ sententiâ, quæ & Jus natura pro principio Juris publici agnoscit, ita argumentor: † Quodcumque jus fundatur in recta rationis judicio, nec non versatur circa ea, quæ homini naturaliter insunt quoad potentiam proximam, illud jus fundatur etiam in jure naturali. Sed Jus publicum tale est. † Majoria veritas ex dictis patet. † Minor propositio duobus constat membris. † Primum est, quod Jus publicum fundatur in recta rationis judicio: Quod quidem nemo, opinior, inficias ibit, nisi quis ex lege Tyrannidem efficere vollet. † Juris universæ disciplinâ dicitur ars boni & æqui l. 1. D. d. J. & J. † Totius Jurisprudentiæ præcepta sunt: *Honestè vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere.* † Jus Civile dicitur, quod neg. in totum à naturali vel Gentium recedit, nec per omnia ei servit, l. 6. D. d. J. & J. Ergo nec à Jure publico, quod pars Juris Civilis est, æquitas, ratio, & Justitia removeri poterit. † Si quis excipiat, Non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, rationem reddi posse. l. 20. D. d. LL. Respondeo, Legem illam intelligendam esse de jure singulari, cujus mentio fit in l. præcedenti l. 6. d. 1. & per rationem, regulam juri, jus commu-

- ne jus generale, contra quod ob aliquam singularem utilitatem jus illud singulare introductum. † Posteriori argumenti membrum in eo consistit, quod jus publicum ea in se contineat, qua homini quoad potentiam proximam naturaliter insens. † Id ipsum probatur ex lib. 7. polit. c. 2. ubi Aristot. hominem appellat ζῷον πολιτικόν τῆ φύσιν ἄνθρωπος, & lib. 8. Eth. c. 12. ubi idem demonstrat, civitatem à naturâ esse. † Annon etiam cultum Numinis alicujus divini ipsa naturalis ratio dicitur? † Vnus instar omnium testis sit Cicero lib. 2. de Nat. Deorum post princip. † Annon Magistratus alicujus Imperium vel bruta effectant? vid. can. in apibus 41. causa 7. q. 1. † Annon fuisset etiam Respubl. ante lapsum seu incarnationis statum? Consule hæc de re D. Gerhard. tom. 6. loco de Magistr. Polit. num. 25. & seqq. nec non Besoldum, Arnisium, & alios. † Et quamvis inter ipsam rem & modum rei, hic distingui posse, non renuam, nostra tamen opinio eo ipso non infirmatur, sed confirmatur. † Sed quid multis? Ipsi contrariæ sententiæ defensores, qui vel jus Gentium & jus civile simul, vel solummodo jus civile pro principio juris publici æstimant, invitati etiam in nostram descendunt sententiam, cum & jus Gentium & jus civile collectum sit ex præceptis naturalibus, atque ita jus publicum quoque, licet non proxime, remote tamen idem jus naturale tanquam principium nõ possit non agnoscere. De contrariis in conflictu.

Quæst. IV.

An in decidendis jurispublici controversiis Philosophorum Regulis adstricti sint JCu?

- † Non desunt equidem, qui simpliciter Negative respondent, sed illi risu potius, quam refutatione digni. † JCu enim neque in argumentando, neque in definiendo & dividendo regulas Logicorum transgredi licet, sed ut ille ad regulas Grammaticorum, ita & ad regulas Logicorum obstrictus est, uti resèratur Vir Cl. Dn. M. Daniel Sthalius, Collega meus honorandus, cit. 1388g. Philosoph. reg. 5. p. 313. † Etenim & in Jurispru-

prudentiâ non ἀλλ' ὡς sed λογικῶς procedendum est, & ipse Iustinianus post levem ac simplicem viam, diligentissimam atq; exactissimam interpretationem exposcit §. 2. *Instit. de J. & J.* † Neq; huc trahendum erit, quod scribit Iavolenus in l. 202. *D. de R. l. Omnem scilicet definitionem in jure civili periculosam esse: parum enim esse, ut non subverti possit:* quia ibi non exaudienda est definitio logica, sed juris regula, canon juris, uti rectè observavit Harmenopolus, qui verba illa: *Omnis definitio in jure civili, hoc modo Græcè vertit: πᾶς νομικὸς κἀνὼν.* † Et hujusmodi quidem definitionem non nunquam subverti posse notant *Dd. ad l. 1. D. de R. J.* † Eadem quoq; ratio est aliorum preceptorum *Philosophicorum*, eorum insignem usum in *juris prudentiâ non ita pridem* alibi monstravimus. † Verùm enim verò hæc sententia regulariter tantùm obtinet, & instar *regule alicujus in quibusdam casibus* exceptionem patitur, maximè circa *subtiles Terminorum acceptiones. & loquendi formulas*, nec non *generalium quarundam Regularum Philosophicarum applicationem*, quia *juris prudentia proprios suos loquendi modos, propriasq; vocabulorū significationes habet à cæteris disciplinæ ac communi usu discrepantes.* † Aliter *Actio* apud *Rhetores*, quibus est ipsa pronuntiatio, aliter apud *Eibicos*, quibus dicitur *Virtutis exercitium*, aliter apud *JCos*, quibus *medium, per quod quis suum consequi valet, audit.* † Non minus diversa est *Terminorum illorum, Generis & Speciei, significatio apud Philosophos & apud JCos.* † Quod enim illi *speciem*, hi *genus*, & quod illi *individuum*, hi *speciem vocare consueverunt.* Hanc rem textus est notabilis in l. 2. *D. de rebus credit. Mutuum*, inquit Paulus, *damus recepturi, non eandem speciem, quam dedimus, (alioquin commodatum erit, aut depositum) sed idem genus.* Nam si aliud *Genus*, veluti ut pro tritico vinum recipiamus, non erit *mutuum.* † *Species eadem* est id ipsum triticum, quod murum datum est; *Idem genus*, triticum Africanum pro Africano. *Aliud Genus* triticum pro vino. † Sensus itaq; est, *tritico mutuo dato, non id agi, ut id ipsum, quod mutuo datum est, reddatur, sed ut idem genus, non aliud: Idem Africanum, pro Africano: Non idem, vinum scilicet pro tritico* Godofr. *ad d. l. 2. lit. D.* † Sic præcepta etiam generalia politica non rarò ob singulares occurrentes circumstantias suum perdere officium experientia testis est. † Deniq; nemo ignorat, *nimiam exstrictâ verborum acceptione & interpretatione proficiscens subtilitatem in Juris prudentiâ nostrâ non attēdi, sed potius simplicitatem commendari.* §. 7. *J. de fideic. hered. junct. §. fin. de legat.* † Scire leges non

hoc

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORVM JURISPUBLICI RO-
 MANO GERMANICI

SEMIDECAS QUARTA.

QUÆSTIO. I.

Quarum historiarum cognitio ad Jurispu-
 blici nostri prudentiam comprimis ne-
 cessaria sit?

Respondere
 Friderico
 Sebustio
 Servesta
 Anhaltino

† Inter alia Jurisprudentiæ principia historiam quoq; posui-
 mus, prudentiæ nimirum Civilis, Ducem illam & Magi-
 stram, præterici nuntiam, futuri conjectatricem, factorumq;
 repræsentatricem, antiquitatis interpretem, & novitatis
 judicem. † Quamvis verò & nos juxta cum aliis Viris eruditis
 universæ historiæ unum veluti corpus faciliè agnoscamus, neq;
 illud, ut in varias seceat partes, è re hominis prudentis ad per-
 fectionem aspirantis esse creamus, (*Laeva enim membra non
 præstare id quod conjuncta & corpori coadunata omnibus constat,*)
 † Attamen cum negari non possit, accuratissimam & exactis-
 simam illam historiæ universæ h. e. omnium temporum, omni-
 um Regionum, omniumq; quæ in universo terrarum orbe ab
 ipsis ejusdem incunabulis in hæc usq; tempora acta & gesta
 sunt, cognitionem vix ac ne vix quidem in ullum cadere, sed di-
 vinitatis potius, quam humanitatis esse, omnium habere me-
 moriam, & nihil profus ignorare, non immeritò in tali rerum
 cognoscendarum concursu delectus quidam habendus, & in-
 ter diversarum Facultatum genera distinguendum erit, ne
 fortean, de quo *Dædalus ille lingua Latinæ artifex Eippius* ali-
 cubi conqueritur, non necessaria discamus, magis autem neces-
 saria omittamus † Quod nostram igitur spectat Jurispru-
 dentiam Romano Germanicam, in eâ semper sui sententiâ, in
 quâ etiamnum, salvo aliorum judicio, persisto, ad illam quid-
 dem

- dem requiri primò omnium *Historia Universalis* compendiosam quandam, & qualem qualem scientiam, nec omnimodò etiam removeri posse *particularem singularum Gentium* Historiam, † Semper tamen hic *Historia patria* primum locum concedendum esse duco, ut pote quæ nos ad solidiorem & perfectiorem *Reipubl. nostra* status cognitionem perducatur, quæ certè ICTO ad *Reipublicæ* administrationem nihil utilius, nihilq; necessarium magis esse potest, † Ad consilium enim *de Republica* dandum, caput esse, Noscere *Reipubl.* superius ex *Cicerone & Lipsio* combibimus. Hinc etiam illud *Martialis*: *Principis est virtus maxima nosse suos* † Et illud *Imperatoris Quarti* è *Carolus* de *Electo*ribus: Qui quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistunt distantias, ita de regionù *SIBI COGNITARUM* defectibus referre simul & conferre norunt, sanisq; providentiæ suæ consiliis, non ignorant accommodis talium (defectuum) reformationibus salubriter operam dare.
9. *Aurea communis tit. 12.* † Ne igitur suaves illi sunt, quæ nisi vetera, antiqua & antiquata, peregrina, & aliarum Gentium propria curæ cordiq; habentes, recentium & patriorum profus incuriosi, inq; ipsâ patriâ suavissimâ, cui tamen nemo non natus *l. 1. §. 15. D. de ventre in possessionem mittendo.* & ad quævis servitii conscientiz vinculo obstrictus est *arg. l. 2. D. de J. & J.* peregrini & exules existunt. † Aliena hodiè extolli, propria negligi & susq; deq; haberi, non rarò videmus, nec sine inxtore videmus † Nemo non ferè est, qui non insigni ducatur cupidine ad discendorum exterarum Rerum publicarum Jurium, morùm, consuetudinùm & linguarùm exoticarum, ad eò ut vel nullis partant sumptibus, sed eos impensè & copiosè impendant. † Pauci verò patriæ Majestatem exosculantur, patriâ Jura indagant, patrias regiones & provincias invisiunt, pauci etiam patriam & vernaculam linguam, ut decet, excolunt. † Certè ut *Chinenses* (vel si mavis, *Sinenses*) potentissimus ille extremæ *Asiæ* populus, idèò, quod eo sint ingenio, ut totam humanorum nationem tanquam rudem, inertem & barbaram alto arrogantiq; supercilio despiciant, se verò suaq;
- omnia

omnia Magnificè deprædicent, omniq; verborum præconio in
 cælum usq; evehant: † Unde & decantatum illud inter eos
 dem extat diverbium: *Cbinenses duos habere oculos, Europeos unū,*
& quod hominum reliquum est, cacuitire: † Ita & illi, de qui-
 bus in præsentiarum nobis sermo est; quod ex adverso nil nisi
 alienarum Nationum instituta, mores, consuetudines, lin-
 guas in oculis ferant, de iis, quæ ad patriæ salutem, & felicè ad-
 ministratioris spectant, parùm aut nihil solliciti, omniù repre-
 hensione digni suat. † Audiant, quæ sò illi *Quintum Mutium,*
in semidecade primâ jam à nobis laudatum: Turpe est, inquit, ius, in
 quo versamur, ignorare. † Recordeatur ii, quid *Valerius Ma-*
ximus de antiquis Romanorum institutis consignaverit. *Majores*
nati, inquit, in conviviis ad tibias egregia superiorum opera, carmi-
 ne complectens pangebant; quò ad ea imitanda Juventutem redde-
 rent alacriorem † Dein exclamat: *Quas Athenas? quam Scholam?*
qua alienigena studia, huic domestica disciplina præulerim? † In
 memoriam quoq; sibi revocent, quid *historicorum Princeps Li-*
vius statim in limine operis sui moneat, dum ita scribit: *Ad illa*
mihî pro se quib; acriter incedet animum, qua vita, qui mores fue-
runt: per quos Viras, quibusq; domi, Militiaq; & partum & ausilium
fit Imperium. Labente deinde paulatim Disciplinâ, velut dissiden-
tes, primò mores sequatur animo: deinde ut magis magisq; lapsi sint,
cum ira ceperint præcipites: donec ad hæc tempora, quibus nec vitia
nostra, nec remedia pati possumus, perventum est. † Considerent &
 perpendant porrò probè secum, quid *Imperator Justinianus* ad
 cupidam *L. L. juveniorem* scripserit, prima scilicet legum canabula,
 non ab antiquis fabulis discenda, sed ab Imperiali splendore appe-
 tenda esse, ut tam aures, quàm animi nihil inutile, nihilq; perperam
 positum, sed quod in ipsis rerum obtineat argumentis, accipiant †
 Quod ipsum non minus in studio *Historico* observandum esse,
 cenleo. † Nec est, quod quis hîc excipiat, peregrinas
 & externas quoq; historias ad patriæ Reipublicæ admini-
 strationem plurimum conferre, cum aliorum populor-
 um instituta, jura & consuetudines ad ejusdem usum appli-
 cati & exerceri queant: † Quamvis enim id certo respectu
 G 2
 verum

14

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

28. LECTORUM JURISPVBLICI

24. verum sit, quando nimirum jam patriæ status satis superq; co-
gnitus est: † De quo casu etiam intelligendum Imperatoris Theo-
dosi monitum filio suo Honorio datum:

Interea Musis, animus dum mollior, infles:

Et, qua mox imitere, legas. Nec desinat unquam

Tecum Graia loqui, tecum Romana verusitas.

Antiquos evolve duces.

25. † Officium tamen perdit suum, quando Respublica illa patriæ,
cui aliena Jura applicanda sunt, tenebris quasi obdusta jacet,
26. eiusdemq; status nunquam indagatus. † Quemadmodum,
namq; Medicus curaturus ægrotum, opus habet omnimodâ
cognitione status, natura & temperamenti ægroti, omniumq; illorû,
quæq; ad valetudinem ægroti, quoquo modo pertinent, quæq; morbo
dedere causam: Nec satis est scire statum & conditionem aliorum
subjectorum, vel in genere corporis humani, medicorumq; vim &
efficaciam, sed necesse est, ut affectum omnium causas notas habeat:
27. † Ita & Ictus corpus Reipublicæ alicujus mysticum prius curare,
vel etiam saluum conservare nequit, quàm sibi illius status accu-
ratissimam acquisiverit scientiam, quam profectò historiæ patriæ
mirum quantum adjuvant & exornant. † Fontes verò ipsos ge-
nuinos & proximios, nobilissimâ Juris publici suppeditat notitia.
29. † Quo ipso etiâ plus satis refellitur quorundâ opinatio, qui sibi
persuasum habent, de statu nostrâ Reipublicæ Romano-Germanicâ
vel eos judicare posse, qui modò principis politicis instructi sunt,
& quos vulgo politicos appellamus. † Etenim ut ut concedamus,
30. præter politicam nullam aliam disciplinam, quid Monarchia,
quid Aristocrasia, quid simplex Respublica, quid mixta sit, doce-
re & explicare, inde tamen haut firmiter colligitur, quod po-
31. litica de statu ipso patriæ nostræ nos informet. † Majorem pro-
fessionem illa exhibet: Minorè sola Juris publici scientia largitur.

Quæst. II.

An lex Regia unquam lata, quo tempore,
a quo modo beneficio ejusdem regimenta Reipub-
licæ Romanæ ad Imperatores perpetuos translata fuerint?

† Inter principia Jurispublici Romani in statu Monarchico
 recepti principem obtinebat locum *Lex Regia*. † Quocirca
 eadem sicco proflus pede haut prætereunda erit. † Duplex autem
 in jure nostro *Legis Regia* reperitur acceptio; Vel enim *ratione*
causa efficientis, vel *ratione objecti* ita dicitur. † *Priori modo* sumi-
 tur pro ea lege, quæ pro *causâ efficiente* agnoscit Regem † In
 quo significato *Lex Regia de singulis Legibus à Romulo & inse-*
quentibus Regibus promulgatis, quæ primum *Curiata*, deinde *Jus*
Civile *Papirianum* audiebant, l. 1. §. 2. D. de orig. Jur. prædi-
 catur. † Posteriori modo *Lex Regia* ea vocatur, quæ pro obje-
 cto habet *potestatem Regiam*, quæq; de eadem conscripta est. Ita
 in §. 6. §. & J. N. G. & C. l. 1. §. 7. C. de vet. Jur. in l. 1. D. de con-
 stit. princip. † Eodem sensu *Lex Regia* appellatur, *Lex Imperii*. ex
 imperfecto 3. C. de Testam. quia de Imperio Principis lata est. §. 6.
 §. de J. N. G. & C. † Posterior acceptio hujus loci est. † Quæ-
 stio verò proposita trimembris existit. † Primum mem-
 brum est, *An unquam Lex Regia eo modo sumta, lata?* † Se-
 cundum membrum, *Quo tempore lata?* Tertium *quid per cam*
in Principem Romanum translatum fuerit? † De singulis nunc
 ordi:ne & distinctè. † Et quidem quoad membrum *questionis pri-*
imum, Affirmative subscribimus, innixi testimonio & auctoritati
 Imperatoris nostri Justiniani, quâ in dubium vocare, grande vi-
 detur piaculum, maxime cum pro adversâ sententiâ, quæ *Le-*
gem Regiam signentum & merum commentum pronunciat, nulla
 prægnans militet ratio. † Sic licet ita, quod ipsum nomen *Legis*
 apud Historicos insinuetur, nec reperire liceat, nullus tam-
 en videri, qui ex eo eandem *fictionem* illic effecere queas † Suffi-
 ciat nobis quod de hujusmodi lege, quâ Princeps Romanus legibus so-
 lutus effectus fuerit, apud eosdè cõstet, quod abundè satis jã de-
 monstrare Viri eruditi, & inter eos Dn. *Lymnaus Tom. 3. Juris-*
publ. lib. 1. c. 12. Bachov. comment. in prim. part. Pandect. cap. de con-
stit. Principum pag. 42. & seqq. Besold. ad tit. 3. & 4. lib. 1. ff. de 8.
& plures alii, quos longo agmine ibidem recensent, ad quos brevi-
vais studio lectorem cupidum, ne aliorum serinia compellens, & post
Homerum Iliada sanamus, attingamus, remissum cupimus

16. † Nunc ad quæ tempora (*quod alterum quæstionis membrum est*) legis Regi initium referendum sit, acris & anceps exoritur controversia? † Nec hinc nos à prælaudatorum Virorum recedimus sententiâ, sed cum iisdem prædicta legis natales & primordia ad Augusti Imperatoris tempora referimus † Cujus rei fidem facit non modò legis illius sub Tiberio & Vespasiano repetitæ fragmentum, quod adhuc in arca tabulâ Roma extare referunt, quodq; originem illius legis expressis verbis Augusto adscribit, sed & l. 14. §. 1. D. de manumiss. ubi lex, quæ Imperatorè legibus solvit, dicitur Lex Augusti, nec non Dionis & Flavii Josephi autoritas, qui uno ore, & quidem ille histor. Roman. lib. 53. hic libro 19. Antiquitat. Jud. attestantur, Augustum primum fuisse, in quem transtulerat populus Romanus potestatem suam omnemq; Imperium. † Postquam enim Augustus volentibus potius, quàm invitis se Imperaturum esse secum constituerat, non modò variis discursibus privatis, sed & oratione proluxâ in Senatu habitâ se imperium populo & Senatui redditurum simulavit, & hæc ratione obtinuit, ut id ei confirmaretur, & ipse solus rempublicam administraret † Quæ in contrarium moveri solent, iis satisfacitur, qui nobiscû sentiunt, quibus omnino addatur velim Facultatis nostræ Ordinarius Magnificus Dn. D. Erasmus Ungewaur, Collega meus cultus - colendus Exercit. Justin. 1. quæst. 15. † Ad Tertium & ultimum quæstionis membrum respondemus, *regimenta Reipublica Romana, Imperiumq; & potestatem omnem non cumulativè sed abdicativè in Augustum translata fuisse, per ea, quæ diximus in Collegii Legalis Publici exercit. 1. semides. quæst.*
22. 4. & hinc iterum repetere nolumus. † Nec remoram nostræ opinionioni injiciunt, quæ disputat Bodinus lib. 2. de Republ. c. 1. circ. fin. Augusti scilicet tempore non Monarchiam seu Regiam potestatem, sed novam aliquam speciem Reipublicæ, quam principatum vocat, h. e Aristocratiam vel Democratiam, cui unus de multis dignitate præest, Majestate penes populum vel
23. Optimates manente, extitisse: † Videri enim poterat ea, quæ optimè regessit Magnificus Dn. Georgius Franzkine, IC. us & Cancellarius Gothanus celeberrimus, Fautor & compater meus singulari-

gulariter observandus in commentario suo ad Pandectas, & quidem
lib. 1. tit. 4. a num. 1. usq; ad num. 18. pag. 59. & seqq. †. Multò mi-
nus ullum nobis ponit obicem, quod tùm in l. 1. princ. D. de
constit. Principum, tùm in §. 6. Instit. de J. N. G. & C. dicatur, po-
populum EI (Principi scilicet) & in EUM potestatem consulisse: † Voces
enim posteriores, IN EUM, licet referantur ad Principem, quod
Grammaticorum etiam efflagitare videntur regulæ, quia vo-
cabulum EVM relativum est, minimè tamen hic sensus erit, qua-
si adversus ipsum Principem Principi potestas concessa fuerit; Idnam-
que absurdum, & rei gestæ natura non admittit, sed per ea verba
singularis Emphasos gratia posita, nihil aliud quàm enixam popu-
li Romani voluntatem denotari dicendum est. † Immo
quævis etiam vocem, EUM, ad populum Romanum restringere-
mus, & pronomen illud relativum pro reciproco hîc accipi asserere-
remus, ut sensus esset, populum Romanum cessisse principi potestatem
vel in se ipsum, nihil absurditatis en statueretur, cum forte ad ex-
empla non desint, ubi reciproca pro relativis, & vicissim relativa
pro reciprocis usurpata sunt, quo de videri poterit Goletinus in
Analect. fol. 7. & 319. & seqq. qui in Cicerone & in Ovidio nû mo-
dò sunt pro eju, sed & ipsis pro sibi, ipsum pro se, & cum pro se
usurpatum leginotat. † Ut proinde ipse Baccoviglabi videatur, quâ-
do in dicto commentario ad Pandectas pag. 43. scribit, hanc inter-
pretationem peccare in Grammaticam, & ideo ineptam videri, quia
nulla possit esse ratio dubitandi, quin Principi data fuerit in Popu-
lum & universos subditos potestas. Et in quem enim, inquit ille,
alium? † Idem etiam jam scripserat in comment. Justit. ad dict.
§. 6. Verba ejus ibidem hæc sunt: Itaq; minimè probandi, qui verba
in eum explicant in se: Utiq; enim non potuit concedi potestas Mo-
narchica principi, nisi in omnes potestatem haberet. † Verùm enim
verò Baccovius præsupponit id tanquam verum, quod adhuc
hodiè inter Doctores est in controversiâ. † Non pauci enim
inveniuntur, qui Monarchicam potestatem in principem transla-
tam fuisse negant & pernegant, pro quibus tanquam pro aris &
focis novissimè pugnat Dn. Limncus loco superius alligato †
Quamvis verò nos Baccovio in eo consentiamus, quod sub Au-
gusto

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

- gusto, ut Legi illius Regia Reipubl. Romana status Monarchicus esse caperit, attamen nullam profectò ipsius inde deductæ consequentiæ rationem videre possimus. † Ipse agnoscit illa verba, Ei, & in Eum, pro formulâ & verbis ipsius Legi Regiæ, quæ nõ præsupponebat potestati Monarchicâ Principij iam concessam, Sed eadem eandem primitivè cõferebat † Vbi eertè talia verba requirebãtur, quæ rem ipsam, hoc est potestatem Monarchicam sufficienter describunt. † Ergo non satis erat, dicere, Ei, id est, Principi, populam potestatem suam concessisse. † Sed ipsa potestas etiam explicanda erat, ideoq; subijciebantur ea verba in eum, ut indicaretur, principi non modò in singulos cives Romanos sed & in ipsum populum universim sumtum potestatem datam esse: † Videatur Seneca Epistol. 14. in verbis: inierdum singuli, quibus potestas populi & in populum data est: † Quam locum primitus se observasse dicit Duarenus lib. 2. disput. cap. 19. † Deinde si Bacchovii procederet col eatio, parili ratione exinde inferri posset, verba ea, Ei & in Eum etiam priori explicationis modo, quem ipse approbat, sumta videri frustranea, cum nullus inveniatur princeps sive Monarcha, cui non sit omnimodò potestas collata. † Deniq; & hoc addo, non omnem statim alicujus vocis interpretationem ineptam esse, quæ careat dubitandi ratione. † Etenim, sæpius unum vel alterum verbum adpositum videmus, non ut aliquod dubium removeret, sed ut rem magis illustraret & declararet † Quod ipsum fatari necesse habet Bacchovius, aut confiteri ipsum oportet, suam quoq; explicationem esse ineptam, cum nec dubitari possit, in eum etiam potestatem esse translata, cui eadem concessa. † Sed quid multis? Plus satis namq; dubitandi rationem paulò ante monstravimus.*

QUÆSTIO III.

Quid sit Ratio status, & an ejusdem in Reipubl. benè constitutâ ratio habenda sit?

- 1.2. † Non una *Rationis status* acceptio est. † Quidam enim *Rationem status* in genere acceptam *formam Reipubl. sive imperii* dicunt, eamq; in *veram & falsam* dispescunt. † Illam esse, qua
secun-

secundum Deum per honesta licitaq; media & veras virtutes Regem, Principem, Magistratum, eorumq; subditos ad ultimum finem, salutem aeternam, & temporum prosperitatem prudenter dirigat. † Hanc vocitant, qua neglecto DEO, fortunam adorant, conservationem Reipubl. supremam legem constituit & pro illa omnia media, justa, vel honesta ex utilitate metitur. † Wilhelmus Ferdinand. ab Effereu, Dominus in Maubach & Arendall in suo Manual. Polit. lib. 1. puncto 2. pag. 9. puncto 6. p. 34. & seq. nec non puncto 10. pag. 63. & seqq. † Falsam Rationem status nominat ille Idolum Principum, secretum seu consilium arcanum solum Regibus & politicis reservatum, quo in omnem eventum actiones suas excusare, & defendere possint. † Hoc velamine Prudentes seculi errores Principum obnubilare, excusare, Majestatem suam, subditorumq; terrere, adeo, ut si quid grave actum aut statutum sit, sufficienter pro justo & recto haberi debeat, siticans, Ratio status sic exigit. d. lib. 1. puncto 1. p. 6. & 7. † Hinc & nonnulli illi, qui Rationem status pro fine ultimo unicè habent, si rectè meminimus, non Politici, sed rectius Statistica tantum dici videntur. † In eodem significato accipit Rationem status Dn. D. Justus Sinoldt / cognomento Schülß in Coll. suo publico de statu Rei Romana Disput. 1. lib. 14. p. 14. & seqq. † Vnde Rationem status negat esse rationem, cum ex Tyrannide & Athesismo originem ducat, & Diaboli sit ratio, mare calamitatum, ac longe a Justitia status seu regni distet. † Eapropter distinguendū hic esse monet, inter Rationem status & inter Justitiam, atq; ut, quid ea sint, & quomodo à se invicem differant, Principibus monstret, Theologos serio adhortatur, quis quod Tacito sint dominationis flagitia, aulicis hodiè sint rationes status, callidatis execrandi illi doli, & perfidiosi rationis capita: qua licet publicè damnata, revera tamen argumentum & caput & cauda totius scientia aulica sint. Hæc ille. † Alii per Rationem status intelligunt jus quoddam singulare contra rationem juris vel tenorem rationis, uti loquuntur Icti Paulus & Julianus in l. 14. 15. & 16. D. de LL hoc est communem juris regulam, jus commune sive ordinarium ob aliquam singularem utilitatem constitutum: † Quod Arnoldus Clapartius lib. 4. de Arcan. Reipublicarum, cap. 2. jus dominationis, & ex Cicero-

- ne *l'im potestatis, ex Curtio Jus Regni, ex Accio, l'im Regni & imperii, ex Tacito vim principis, ex Aristotele, διαφορα των δυνάμεων, nisi partem dicitur, et tunc dicitur natura ipsa dicitur, ex Cicero, exceptiones regias, restrictiones, jura exorbitantia, quod ab orbis a, hoc est lata & communi via divertant, dispensationes nec non limitatoriam dispositionem & leges limitatorias, quae a regulis juris & communibus recedunt, legibusq; derogant: † Id n. Ciceroni esse limitare, quando in Epistol. hanc in modum scribit. *De tua prolixâ beneficâq; naturâ limitabitur alii-**
15. *qui l' posterior annus: † Et deniq; cum Italis, Ratione di dominio, di*
16. *signoria, di regno, di Imperio, regionamento di stato indigitat: † Et hoc dominationis jus defiait idem Clapmarus d. l. quod sic supremum quoddam jus sive privilegium, bono publico introductum, contra jus commune sive ordinarium, sed tamen a lege divina nō alienum & sic jus veluti legitima Tyrannidia: vel quod secundum Alciatum juris communis quadam relaxatio sive correctio sit, circa salu-*
17. *tem & commodum ipsius principis & civium. † Hoc dominationis jus distinguit ille a jure imperii d. lib. 4. cap. 3. non solum ratione forma, cum jus imperii cum summâ aequitate conjunctum sit, jus verò dominationis aliquid iniqui habeat, & nescio quam iniquitas atq; injustitia speciem præ se ferat † Sed & ratione usus, quem respectu juris imperii ad pacatam & tranquillam Rempublicam, quoad jus dominationis autem ad violentam & seditiosam, in quâ*
18. *jus in manu sit positum & hoc sicut ut loquuntur Græci. † Vnde Pomponius manu omnia gubernare & Tacitus manu agere, & Livius manu obcedere, Græci eleganter, χειρὸς ἐν τῷ κράτει, quo tempore multa fiant, fieriq; oporteat contra jus commune, vel ipso Aristotele teste in Politicis † Id ipsum dominationis jus segregat etiam Clapmarus lib. 5. cap. 1. a dominationis flagitiis, uno verbo *Consiliis Machiavellius, quæ Tacitus appellat vim Dominationis, Cicero callidas & malitiosas juris interpretationes, Amnianus jure cōinnatio mendacis adumbratū jus cruentū, volū-**
19. *tatē cruentam. † Concludit tandē, flagitia dominationis privata tantum spectare utilitatē, Jus verò dominationis & privatum & publicam illa fieri explenda & crudelitates & libidinis gratia: Hoc autē exerceri tranquillitatis publica conservanda † Ille haberi ra-*

rationem divini Numinis, honestatis, fidei, pudoris, quæ limites & termini juris dominationis sint: Allic hæc omnia ledi, ac pedibus conculari. † Ita scilicet de *Ratione status* vulgò & communiter differitur: Ita eadem explicatur. † Vtrum recte & ad naturam ipsius rei accommodatè, dubius hæret animus. † Quin potius jam proposita opinio veritatis scopum haut attigisse videtur. † Quamvis enim faciliè largiar, posteriorem sententiã magis ad eundem collimare, propiusq; accedere, quàm priorem alteram, & quidè in eo vel maximè, dum à jure illo singulari pro *Ratione status* constituto, non omnis remouetur ratio, idq; certis circûscribitur cancellis & limitibus. *flagitiũq; dominationis opponitur.* † Id tamen non levem movet scrupulum, quod *Ratio status* ipsũ *Dominationis jus* & postmodũ eũ eo confundantur, quæ erant discriminanda, ex adverso autè ab eo remouentur, quæ conjungi debebant. † Quæ de re paulò post dicetur. † Nos itaq; existimamus, rectius fortè per *Rationem status* intelligi ipsam *Republicam* sive imperii presentem conditionem & quidem non pacatam & tranquillam, sed turbulentiã, violentiam, seditiosam, & periculorum plenam, quæ pro conservatione salutis publicæ extraordinarium potestatis civilis exposcat usum & exercitium. † Quo intuitu, si quis *Rationem status*, vim necessitatis inevitabilem dixerit, meo quidè iudicio à vero non aberrabit. † Igitur *Ratio status* non est jus quoddam extraordinarium sed est ejusdem juris causa. † Nec etiam aptè & propriè jus illud indigitatur *Dominationis jus*. † Constat enim ex principiis Politicis, quod *dominatio* sive *dominatus* non sit *Re:publicæ forma* exasse legitima, sed *monarchia* quadam media inter *Regnum* & *Tyrannidem*, ubi scilicet is, qui reum positur, instar domini primariò suam, secundariò verò publicã & subditorum salutem respicit. † Quod si ita est, certe & jus quod *Dominationis* dicitur, accuratè loquendo, perilis conditionis erit. † Jus autem *extraordinarium* etiam pro *sine primario* habet, non principii commodum, sed bonum publicum, cujus tam sancta, tamq; antiqua ratio haberi debet, ut eidem omnia jura adeoque ipsum principem cedere oporteat, uti concedit ipse

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORVM JURISPUBLICI RO-
 MANO GERMANICI

SEMIDECAS QUARTA.

QUÆSTIO. I.

Quarum historiarum cognitio ad Jurispu-
 blici nostri prudentiam comprimis ne-
 cessaria sit?

Respondere
 Friderico
 Schußio
 Servesta!
 Anhaltino

† Inter alia Jurisprudentiæ principia historiam quoq; posui-
 mus, prudentiæ nimirum Civilis, Ducein illam, & Magi-
 stram, præteritici nuntiam, futuri conjectatricem, factorumq;
 repræsentatricem, antiquitatis interpretem, & novitatis
 judicem. † Quamvis verò & nos juxta cum aliis Viris eruditis
 universæ historiæ unum veluti corpus facile agnoscamus, neq;
 illud, ut in varias seecetur partes, è re hominis prudentis ad per-
 fectionem aspirantis esse reamur, (*Laera enim membra non
 prestare id, quod conjuncta & corpori eoadunata omnibus constat,*)
 † Attamen cum negari non possit, accuratissimam & exactis-
 simam illam historiæ universæ h. e. omnium temporum, omnis-
 um Regionum, omniumq; quæ in universo terrarum orbe ab
 ipsis ejusdem incunabulis in hæc usq; tempora acta & gesta
 sunt, cognitionem vix ac ne vix quidem in ullum cadere, sed di-
 vinitatis potius, quàm humanitatis esse, omnium habere me-
 moriam, & nihil profus ignorare, non immerito in tali rerum
 cognoscendarum concursu delectus quidam habendus, & in-
 ter diversarum Facultatum genera distinguendum erit, ne
 fortean, de quo *Dædalus ille lingua Latina artifex Lipsius* ali-
 cubi conqueritur, non necessaria discamus, magis autem neces-
 saria omittamus † Quod nostram igitur spectat Jurispru-
 dentiam Romano Germanicam, in eâ semper sui sententiâ, in
 quâ etiamnum, salvo aliorum judicio, persisto, ad illam qui-
 dem

1.

2.

3.

4.

- dem requiri primò omnium *Historia Universalis* compendiosamquamdam, & qualemqualem scientiam, nec omnimodò etiam removeri posse *particularem singularum Gentium* Historiam, † Semper tamen hic *Historia patria* primum locum concedendum esse duco, ut pote quæ nos ad solidiorem & perfectiorem *Reipubl. nostra status* cognitionem perducatur, quâ certè ICtò ad *Reipublicæ* administrationem nihil utilius, nihilq; necessarium magis esse potest, † Ad consilium enim *de Republica* dandum, caput esse, Nolle *Reipubl.* superius ex *Cicerone & Lipsio* combibimus. Hinc etiam illud *Marcialis*: *Principis est virtus maxima nosse suos* † Et illud *Imperatoris Quarti* è *Carolus* de *Electo*ribus: Qui quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistunt distantias, ita de regionũ *SIBI COGNITARUM* defectibus referre simul & conferre norunt, sanisq; providentiæ suæ consiliis, non ignorant accommodis talium (defectuum) reformationibus salubriter operam dare.
9. *Aurea communis tit. 12.* † Ne igitur suaves illi sunt, qui non nisi vetera, antiqua & antiquata, peregrina, & aliarum Gentium propria curæ cordiq; habentes, recentium & patriorum profus incuriosi, inq; ipsã patriã suavissimã, cui tamen nemo non natus *l. 1. §. 15. D. de ventre in possessionem mittendo.* & ad quævis servitia conscientia vinculo obstrictus est *arg. l. 2. D. de J. & J.* peregrini & exules existunt. † Aliena hodiè extolli, propria negligi & susq; deq; haberi, non rarò videmus, nec sine mæore videmus † Nemo non ferè est, qui non insigni ducatur cupidine addiscendorum exterarum *Rerum publicarum* Jurium, morum, consuetudinũ & linguarũ exoticarum, ad eò ut vel nullis parcant sumptibus, sed eos impensè & copiosè impendant. † Pauci verò patriæ Majestatem exosculantur, patriã Jura indagant, patrias regiones & provincias invisiunt, pauci etiam patriam & vernaculam linguam, ut decet, excolunt. † Certè ut *Chinenses* (vel si mavis, *Sinenses*) potentissimus ille extremæ *Asiæ* populus, id eò, quod eo sint ingenio, ut totam humanorum nationem tanquam rudem, inertem & barbaram alto arrogantiq; supercilio despiciant, se verò suaq;

omnia Magnificè deprædicent, omniq; verborum præconio in
 cælum usq; evahant: † Vnde & decantatum illud inter eos
 dem extat dixerbium: *Chinenses duos habere oculos, Europæos unū,*
& quod hominum reliquum est, cacuire: † Ita & illi, de qui-
 bus Inpræsentiarum nobis sermo est; quod ex adverso nil nisi
 alienarum Nationum instituta, mores, consuetudines, lin-
 guas in oculis ferant, de iis, quæ ad patriæ salutem, & felicè ad-
 ministratōe spectant, parùm aut nihil solliciti, omniū repre-
 hensione digni suat. † Audiant, quæ sò illi *Quintum Mutium,*
in semidecade primâ jam à nobis laudatum: Turpe est, inquit, ius, in
 quo versamur, ignorare. † Recordeatur ii, quid *Valerius Ma-*
ximus de antiquis Romanorum institutis consignaverit. *Majores*
nati, inquit, in convitiis ad cibias egregia superiorum opera, carmi-
 ne comprehensa pangebant; quò ad ea imitanda Juventutem redde-
 rent alieniorem † Dein exclamat: *Quas Atbanas? quam Scholam?*
qua alienigena studia, huic domestica discipline præulerim? † In
 memoriâ quoq; sibi revocent, quid *historicorum Princeps Li-*
vius statim in limine operis sui moneat, dum ita scribit: *Ad illa*
mihî pro se quicq; acriter incedet animum, qua vita, qui mores fue-
runt: per quos Viras, quibusq; domi, Militiaq;, & parum & auctum
est Imperium. Labente deinde paulatim Disciplinâ, velut dissiden-
tes, primò mores sequatur animo; deindè ut magis magiq; lapsi sint,
cum ira ceperint præcipites; donec ad hac tempora, quibus nec vitia
nostra, nec remedia pati possumus, perventum est. † Considerent &
 perpendant porrò probè secum, quid *Imperator Justinianus* ad
 cupidam I. L. juveniorem scripserit, prima scilicet legum canabula,
 non ab antiquâ fabulâ discenda, sed ab Imperiali splendore appe-
 tenda esse, ut tam aures, quàm animi nihil inutile, vibiq; perperam
 positum, sed quod in ipsis rerum obtineat argumentis, accipiant †
 Quod ipsum non minus in studio *Historico* observandum esse,
 cenleo. † Nec est, quod quis hîc excipiat, peregrinas
 & externas quoq; historias ad patriæ Reipublicæ admini-
 strationem plurimum conferre, cum aliorum populorū
 instituta, jura & consuetudines ad ejusdem usum applicari
 & exerceri queant: † Quamvis enim id certo respectu

† Inter principia Jurispublici Romani in *stata Monarchico* 1.
 recepti principem obtinebat locum *Lex Regia*. † Quocirca 2.
 eadem sicco profus pede hauri praterenda erit. † Duplex autem 3.
 in jure nostro *Legis Regia* reperitur acceptio; Vel enim *ratione*
causae efficientis, vel *ratione objecti* ita dicitur. † *Priori modo* sumit 4.
 tur pro ea lege, quae pro *causâ efficiente* agnoscit *Regem* † In 5.
 quo significato *Lex Regia* de *singulis Legibus à Romulo & inse-*
quentibus Regibus promulgatis, quae primum *Curiatae*, deinde *Jus*
Civile *Papirianum* audiebant, l. 1. §. 2. D. de orig. Jur. pradi- 6.
 catur. † Posteriori modo *Lex Regia* ea vocatur, quae pro *obje-*
cto habet *potestatem Regiam*, quaeq; de eadem conscripta est. Ita 7.
 in §. 6. J. & J. N. G. & C. l. 1. §. 7. C. de vet. Jur. un. l. 1. D. de con-
 stit. princip. † Eodem sensu *Lex Regia* appellatur, *Lex Imperii*, ex
imperfecto §. C. de Testam. quia de Imperio Principis lata est. §. 6.
 J. de J. N. G. & C. † Posterior acceptio hujus loci est. † Quaestio 8.
 verò proposita trimembris existit. † Primum mem- 9.
 brum est, *An unquam Lex Regia eo modo sumta, lata?* † Se- 10.
 cundum membrum, *Quo tempore lata?* Tertium *quid per eam*
in Principem Romanum translatum fuerit? † De *singulis* nunc 11.
 ordine & distinctè. † Et quidem quoad membrum *questionis pri-* 12.
imum, Affirmativè subscribimus, innixi testimonio & auctoritati 13.
 Imperatoris nostri *Justiniani*, quâ in dubium vocare, grande vi-
 detur piaculum, maxime cum pro adversâ sententiâ, quae *Le-*
gem Regiam signentum & merum commentum pronunciat, nulla 14.
 praeignas militet ratio. † Sic licet ita, quod ipsum nomen *Legis*
 apud *Historicos* usinimè extet, nec reperire liceat, nullus ta-
 men videtur, qui ex eo eandem *sententiam* illic efficit quae. † Suffi- 15.
 ciat nobis quod de hujusmodi lege, quâ *Princeps Romanus* legibus so-
 lutus effectus fuerit, apud eosdè cõstet, quod abundè satis jã de-
 monstraverit *Viri eruditi*, & inter eos *Dn. Lymanus Torn*, 1. *Juris-*
publ. lib. 1. c. 12. Bachov. comment. in prim. part. Pandect. cap. de con-
stit. Princ. pum pag. 42. & seqq. Bofold. ad tit. 3. & 4. lib. 1. ff. §. 8.
& plures alii, quos longo agmine ibidem recensent, ad quos brevi-
 tariis studio lectorum cupidum, ut alii rum scripna compitimus, & post
Homerum Iliada canamus, aëumq; agamus, remissum cupimus
 Nunc.

16. † Nunc ad quæ tempora (*quod alterum quæstionis membrum est*) legis Regiæ initium referendum sit, *acris & anceps exoritur controversia?* † Nec hîc nôs â prælaudatorum Virorum recedimus sententiâ, sed cum iisdem prædictâ legis natales & primordia ad Augusti Imperatoris tempora referimus † Cujus rei fidem facit non modò legis illius sub Tiberio & Vespasiano repetitæ fragmentum, quod adhuc in arcâ tabulâ Roma extare referunt, quodq; originem illius legis expressis verbis Augusto adseribit, sed & l. 14. §. 1. D. de manumiss. ubi lex, quæ Imperatorè legibus solvit, dicitur Lex Augusti, nec non Dionis & Flavii Josephi autoritas, qui uno ore, & quidem ille histor. Roman. lib. 53. hic libro 19. Antiquitat. Jud. attestantur, Augustum primum fuisse, in quem transtulerat populus Romanus potestatem suam omnèq; Imperium. † Postquam enim Augustus volentibus potius, quàm inuisis se Imperatorum esse secum constituerat, non modò variis discursibus privatis, sed & oratione proluxâ in Senatu habita se imperium populo & Senatui redditurum simulavit, & hæc ratione obtinuit, ut ei confirmaretur, & ipse solus rempublicam administraret † Quæ in contrarium moveri solent, iis satisfaciunt, qui nobiscû sentiunt, quibus omninò addatur velim Facultatis nostræ Ordinarius Magnificus Dn. D. Erasmus Vngewaur, Collegæ meus cultus - colendus Exercit. Justin. 1. quæst. 15. † Ad Tertiam & ultimam quæstionis membrum respondemus, *regimenta Reipublicæ Romana, Imperiumq; & potestatem omnem non cumulativè sed abdicativè in Augustum translata fuisse*, per ea, quæ diximus in Collegii Legalis Publici exercit. 1. semidec. quæst.
22. 4. & hîc iterum repetere nolumus. † Nec remoram nostræ opinionioni injiciunt, quæ disputat Bodinus lib. 2. de Republ. c. 1. circ. fin. Augusti scilicet tempore non Monarchiam seu Regiam potestatem, sed novam aliquam speciem Reipublicæ, quam principatum vocat, h. e. Aristocratiam vel Democratiam, cui unus de multis dignitate præest, Majestate penes populum vel
23. Optimates manente, existisse: † Videri enim poterunt ea, quæ optimè regessit Magnificus Dn. Georgius Franzkius, Cæsar & Cancellarius Gorbanus celeberrimus, Fautor & compater meus singulari-

SEMIDECAS QVARTA

55

gulariter observandus in commentario suo ad Pandectas, & quidem
lib. 1. tit. 4. §. num. 1. usq; ad num. 15. pag. 59. & seqq. †. Multò mi-
nus ullum nobis potest obicem, quod cum in l. 1. princ. D. de
confis. Principum, cum in §. 6. Instit. de J. N. G. & C. dicatur, po-
pulum EI (Principi scilicet) & in EUM potestatem contulisse: † Voces
enim postiores, IN EUM, licet referantur ad Principem, quod
Grammaticorum etiam effugitare videntur regulæ, quia vo-
cabulum EVM relativum est, minime tamen hic sensus erit, qua-
si adversus ipsum Principem Principi potestas concessa fuerit; Idnam-
que absurdum, & rei gestæ natura non admittit; sed per ea verba
singularis Emphases gratia posita, nihil aliud quàm enixam po-
puli Romani voluntatem denotari dicendum est. † Immo
quavis etiam voce, EUM, ad populum Romanum restringere-
mus, & pronomem illud relativum pro reciproco hic accipi asserere-
remus, ut sensus esset, populum Romanum cessisse principi potestatem
vcl in se ipsum, nihil absurdi tamen statueretur, cum forte an ex-
empla non desint, ubi reciproca pro relativis, & vicissim relativis
pro reciprocis usurpata sunt, quo de videri poterit Gælenius in
Analect. fol. 7. & 319. & seqq. qui in Cicerone & in Ovidio nò mo-
do suos pro ejus, sed & ipsi pro sibi, ipsum pro se, & cum pro se
usurpatum leginotat. † Ut proinde ipse Baccovius laudat, quàn-
do in dicto commentario ad Pandectas pag. 43. scribit, hanc inter-
pretationem peccare in Grammaticam, & ideo in eam videri, quia
nulla possit esse ratio dubitandi, quin Principi data fuerit in Popu-
lum & universos subditos potestas. Et in quem enim, inquit ille,
Alium? † Idem etiam jam scripserat in comment. Justis. ad dict.
§. 6. Verba ejus ibidem hæc sunt: Itaq; minime probandi, qui verba
in eum explicant in se: Utique enim non potuit concedi potestas Mo-
nar. hic principi, nisi in omnes potestatem haberet. † Verum enim
verò Baccovius præsupponit id tanquam verum, quod adhuc
hodiè inter Doctores est in controversiâ. † Non pauci enim
inveniuntur, qui Monarchicam potestatem in principem transla-
tam fuisse negant & pernegant, pro quibus tanquam pro aris &
focis novissimè pugnat Dn. Limneus loco superius allegato †
Quamvis verò nos Baccovio in eo consentiamus, quod sub Au-
gusto

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

- gusto, vi Legi illius Regia Reipubl. Romana status Monarchicus esse caperit, attamen nullam profectò ipsius inde deductæ consequentiæ rationem videre possumus. † Ipse agnoscit illa verba, Ei, & in Eum, pro formulâ & verbis ipsius Legi Regiæ, quæ nò præsupponebat potestatem Monarchicâ Principijam cõcessam, Sed eidem eandẽ primùm cõferebat † Vbi ceterè talia verba requirebãtur, quæ rem ipsam, hoc est potestatem Monarchicam sufficienter describerent. † Ergo non satis erat, dicere, Et, id est, Principi, populum potestatem suam concessisse. † Sed ipsa potestas etiam explicanda erat, id: oq; subijciebantur ea verba in eum, ut indicaretur, principi non modò in singulos cives Romanos sed & in ipsum populum unversim sumtum potestatem datam esse: † Videatur Seneca Epistol. 14. in verbis: interdum singuli, quibus potestas populi & in populum data est: † Quem locum primitus se observasse dicit Duarenus lib. 2. disput. cap. 19. † Deinde si Bachovii procederet col. ectio, parili ratione exinde inferri posset, verba ea, Ei & in Eum etiam priori explicationis modo, quem ipse approbat, sumta videri frustranea, cum nullus inveniatur princeps sive Monarcha, cui non sit omnimodò potestas collata.*
32. † Deniq; & hoc addo, non omnem statim alicujus vocis interpretationem ineptam esse, quæ careat dubitandi ratione.
39. † Etenim, sæpius unum vel alterum verbum adpositum videmus, non ut aliquod dubium removeret, sed ut rem magis illustraret & declararet † Quod ipsum fatari necesse habet Bachovius, aut confiteri ipsum oportet, suam quoq; explicationem esse ineptam, cum nec dubitari possit, in eum etiam potestatem esse translata, cui eadem concessa. † Sed quid multis? Plus satis namq; dubitandi rationem paulò ante monstravimus.

QUÆSTIO III.

Quid sit Ratio status, & an ejusdem in Reipubl. benè constitutà rarò habenda sit?

- 1.2. † Non una *Rationis status* acceptio est. † Quidam enim *Rationem status* in genere acceptam *formam Reipubl. sive imperii*
3. dicunt, eamq; in *viram & falsam* dispescunt. † Illam esse, qua
- secun-*

secundum Deum per honesta licitaq, media & veras virtutes Regem,
 Principem, Magistratum, eorumq, subditos ad ultimum finem, salu-
 tem aeternam, & temporum prosperitatem prudenter dirigat. † Hanc
 vocitant, qua neglecto DEO, fortunam adorat, conservationem
 Reipubl. supremam legem consuevit & pro illa omnia media, iusticia,
 vel honesta ex utilitate metitur. † Wilhelmus Ferdinand. ab
 Effereo, Dominus in Maubach & Arendall in suo Manual. Polit.
 lib. 1. puncto 2. pag. 9. punct. 6. p. 34. & seq. nec non punct. 10. pag. 63.
 & seqq. † Falsam Rationem status nominat ille Idolum Principum,
 secretum seu consilium arcanum solum Regibus & politicis reser-
 vatum, quo in omnem eventum actiones suas excusare, & defendere
 possint. † Hoc, velamine Prudentes seculi errores Principum obnubi-
 lant, excusant, Majestatem suam, subditosq, errere, aded, ut si quid
 grave actum aut statutum sit, sufficienter pro iusto & recto haberi
 debeat, si dicant, Ratio status sic exigit. d. lib. 1. punct. 1. p. 6. & 7.
 † Hic & nonnullis illi, qui Rationem status pro fine ultimo uni-
 cè habent, si rectè meminimus, non Politici, sed rectius Statisti-
 ca tantum dici videntur. † In eodem significatu accipit Rationem
 status Do. D. Justus Sinoldt/ cognomento Schüss in Coll. suo
 publico de statu Rei Romana Disput. 1. lib. 14. p. 14. & seqq. † Vnde
 Rationem status negat esse rationem, cum ex Tyrannide & Athe-
 ismo originem ducat, & Diaboli sit ratio, mare calamitatum, ac
 longè à Justitiâ status seu regni distet. † Eapropter distinguendū
 hic esse monet, inter Rationem status & inter Justitiam, atq; ut, quid
 ea sint, & quomodo à se invicem differât, Principibus monstret,
 Theologos serio adhortatur, quia quod Tacito sint dominationis
 flagitia, aulicis hodiè sine ratione status, callidatis execrandi illi
 do's, & perfidiose rationis capita: que licet publicè damnata, revera
 tamen argumentum & caput & cauda totius scientiæ aulicæ sint.
 Hæc ille. † Alii per Rationem status intelligunt jus quoddam sin-
 gulare contra rationem juris vel tenorem rationis, uti loquuntur
 Icti Paulus & Julianus in l. 14. 15. & 16. D. de LL. hoc est commu-
 nem juris regulam, jus commune siue ordinarium ob aliquam singu-
 larem utilitatem constitutum: † Quod Arnoldus Claparius lib. 13.
 4. de Arcan. Rer. Republicarum, cap. 2. jus dominationis, & ex Cicero-

ne Vim potestatis, ex Curtio Jus Regni, ex Accio, Vim Regni & imperii, ex Tacito vim principis, ex Aristotele, *ἡγεμονία* ποδ' ἰσχύος, *ἡγεμονία* δὲ ἰσχύος, *ἡγεμονία* δὲ ἰσχύος, ex Iuris, exceptiones regias, restrictiones, jura exorbitantia, quod ab arbitria, hoc est lata & communi via divergant, dispensationes nec non limitatoriam dispositionem & leges limitatorias, quae a regulis juris & communibus recedunt, legibusque derogant: † Idem Cicero esse limitare, quando in Epistola hanc in modum scribit. *De tua prolixâ beneficâq; naturâ limitabis aliquid posterior annus: † Et denique cum Italiam, Regione de dominio, di-*

16. *signoria, de regno, de Imperio, regionamento de stato indigitat: † Et hoc dominationis jus definit idem Clapmarus d. l. quod sit supremum quoddam jus sive privilegium, bono publico introductum, contra jus commune sive ordinarium, sed tamen a lege divina non alienum & sic jus veluti legitima Tyrannidum: vel quod secundum Alciatum juris communis quadam relaxatio sive correctio sit, circa salutem & commodum ipsius principis & civium.*

17. *hoc dominationis jus distinguit ille a jure imperii d. lib. 4. cap. 3. † Hoc solum ratione forma, cum jus imperii cum summâ aequitate conjunctum sit, jus verò dominationis aliquid iniqui habeat, & nescio quam iniquitatis atq; injustitiae speciem præ se ferat † Sed & ratione usus, quem respectu juris imperii ad pacatam & tranquillam Rempublicam, quoad jus dominationis autem ad violentam & seditiosam, in quâ jus in manu positum *ἡγεμονία* ut loquuntur Graeci. †*

18. *Vnde Pomponius manu omnia gubernare & Tacitus manu agere, & Livius manu obtemperare, Graeci eleganter, ἡγεμονία ἡγεμονία, quo tempore multa fiunt, fierique oporteat contra jus commune, vel ipso Aristotele teste in Politicis † Id ipsum dominationis jus segregat etiam Clapmarus lib. 5. cap. 1. a dominationis flagitiis, uno verbo Consiliis Machiavellius, quae Tacitus appellat vim Dominationis, Cicero callidus & malitiosus juris interpretationes, Amnianus jus coccinatis mendacis adumbratū, jus cruentū, voluntate cruentam. † Concludit tandem, flagitia dominationis privatam tantum spectare utilitatē, Jus verò dominationis & privatam & publicam illa fieri explenda & crudelitas & libidinis gratia: Hoc autē exerceri tranquillitatis publica conservanda † Hic haberi ra-*

rationem divini Numinis, honestatis, fidei, pudoris, qualitates &
termini juris dominationis sunt: Illic hac omnia ledi, ac pedibus con-
culcari. † Ita scilicet de Ratione status vulgò & communiter 24.
differitur: Ita eadem explicatur. † Vtrum recte & ad naturam 25.
ipsius rei accommodatè, dubius hæret animus. † Quin po- 26.
tiùs jam proposita opinio veritatis scopum haur attigisse vide-
tur. † Quamvis enim facilè largiar, posteriorem sententiã mag- 27.
gis ad eundem collimare, propiusq; accedere, quàm priorem al-
teram, & quidè in eo vel maximè, dum à jure illo singulari pro
Ratione status constituto, non omnis remouetur ratio, idq; certis cir-
cùscribitur cancellis & limitibus, flagitiùsq; dominationis opponitur.
Id tamen non leuem movet scrupulum, quod Ratio status di- 28.
ur ipsà Dominationis jus & postmodù eù eo confundantur, quæ
erant discriminanda, ex aduerso autè ab eo remoueantur, quæ
conjugi debebant. † Quæ de re paulò post dicetur. † Nos itaq; 29. 30.
existimamus, rectius fortè per Rationem status intelligi ipsam
Reipublica siue imperii præsentem conditionem & quidem non paci-
tam & tranquillam, sed turbulentam, Violentam seditiosam, & peri-
riculorum plenam, quæ pro conservatione salutis publicæ extraordi-
narium potestatis civilis exposcat usum & exercitium. † Quo in- 31.
tuitu, si quis Rationem status, Vim necessitatis inevitabilem dixerit,
meo quidem iudicio à vero non aberrabit. † Igitur Ratio status 32.
non est jus quoddam extraordinarium sed est ejusdem juris causa.
† Nec etiam apud & propriè jus illud indigitatur Dominationis 33.
jus, † Constat enim ex principiis Politicis, quod dominatio siue 34.
dominatus non sit Re: publica forma exasse legitima, sed monarchia
quædam media inter Regnum & Tyrannidem, ubi scilicet is, qui re-
rum potitur, instar domini primariò suam, secundariò verò publicà
& subditorum salutem respicit. † Quod si ita est, certe & jus quòd 35.
Dominationis dicitur, accuratè loquendo, parilis conditionis er-
rit. † Jus autem extraordinarium etiam pro sine primario
habet, non principii commodum, sed bonum publicum, cujus tam 36.
sancta, tamq; antiqua ratio haberi debet, ut eidem omnia jura
adeoque ipsum principem cedere oporteat, uti concedit ipse

37. Clapmarius lib. 4. cap. 2. † Hinc nec rectè prædictum jus ordinari-
um commiscetur cum *iura in manu posito*, nec rectè à *Jura im-*
38. *perii* discriminatur. † Illud namque *latius* patet, & Tyrannico et-
iam imperio commune est. Hoc verò in generali suo significato
sub se jus illud *extraordinarium*, jàmbitu suo complectitur, quia
licet *extraordinarium* sit, nihilominus tamèn jus Imperii rectè di-
39. citur. † Nec persuaderi mihi potior, jus illud *extraordinarium*
esse restrictionem juris imperii, & legum earum, quibus solutus Prin-
40. *ceps, limitationem.* † Siquidem id *potestatem principis* non restrin-
git & coarctat, sed propter *vim necessitatis publicam* magis ma-
gisque extendit, & ampliat. † Atque sic ex jam dictis constare
41. arbitror, tum quid per *Rationem status intellectum* velim, cum quo-
42. usq; *ejusdem sit habenda ratio*? † Nihil enim, quoad *posterius qua-*
situm, quod in Clapmario desiderem, habeo, sed in ipsius sen-
43. tentiam lubens descendo. † Ut tamen res fiat evidenter, rem in-
44. paucillima conferam. † *Sensus posterioris illius quasi* hic est:
utrum in Reipubl. rella administratione, ejusq; status directione ad
presentem ejusdem conditionem, qua vim necessitatis inserat, respi-
ciendum, & propter eandem, ut facta est, conservetur Respublica, à
jure Imperii ordinario, neglecta sitiam unius vel alterius privati u-
45. *tilitate, recedendum sit*. † Quod affirmamus, sequentibus com-
46. moti rationibus. † Primum expeditum est, *utilitatem publicam,*
preferendam esse privata, quia si pessum eas publica, propria & priva-
ta servari nequeat, attestante Levino Consule Romano Apud Li-
47. *vium lib. 26.* † *Cura bonipublici & Deo & hominibus curæ est.*
48. † *Sic bonipublici causâ i.e. propter salutem totius humani Gene-*
ris summum atque immortalem Deum filium suum unicum &
innocentissimum morti mancipasse, secundum illud Caiphæ.
Job. cap. 2. Expedit hominem mori pro populo, nonnulli asserunt;
49. † *De quo tamen B. templo, nec non de illo Mosis, Delicta populi*
ex libro vita, & populo peccatum condona, reverenter & sobriè
50. *sentendum esse movent.* † *Secundò negari nequit, dari etiam*
jus quoddam privatum singulare, in unius atq; alterius commodum
51. *ex singulari ratione constitutum d. l. 14. 15. 16. D. de LL. † Quid*
vetat, ergo, & tale admittere jus ob commodum multorum & bonum
publi.

publicum? Salus populi suprema lex esto. † Tertio quanquam
 jus illud *extraordinarium* primâ fronte *iniquitatis & injustitiae*
 speciem præ se ferre videatur, reverâ tamen *nulla* ibi adest *ini-*
quitas, nulla injustitia, sed si aliquid *incommodum & damnum*
 eo inferatur *privatis ac singulis*, *publico* certè *bono* abundè satis
 id compenatur. † Huc facit aureum illud *Taciti* effatum: 52.
 † *Flaber aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra*
singulos utilitate publicâ repêditur. † Et illud *Catonis*; *Nulla lex sa-*
tis commoda, id modò queritur, si majori parti, & in summa pro-
dest: † Et illud *Plurarchi*: *â Justitiâ in parvis rebus nonnunquam*
abest, si salvam eam voles in magnis. † Ne autem *jus illud Im-*
perii extraordinarium flagitium, & sævitia *Tyrannica* fiat, *Re-*
ctè Clapmarivus huic *juri* certos *limites & terminos* atquè duo il-
 la *sepimenta* statuit; *Divinum scilicet Numen sive religionem, &*
fidem sive pudorem. † Qui *limites* si *violantur*, nec *circa* *Juris*
illius *constitutionem* probè *observantur*, non *jus* sed *flagitium*,
 & *summa iniquitas ac injustitia*, si *elugz*, ab *ominandum* erit. 58.

Quæstio IV.

Quænam & quot sint constitutiones,

Impetii?

† *Juris publici scientiæ principia propria & proxima* d'ixim¹
 esse *Leges & Constitutiones Imperii nostri Romano Germanici*. † *Vn-*
de rectè scripsisse videtur *Autor ille der Donawertischen*
information part. 1. pag. 121. † *Sas* ipsa *Republ. Germa-*
nica forma *nicht auß dem Lateinischen Rechten oder* *Bar-*
tole vnd Baldo / sondern *vielmehr auß* *deß Reichs her-*
kommen / vund *da* *ero* *rührenden* *alten* *Verfassungen* /
 auß *der guldnen Bull* / *Keyserlichen vnd Königlichén* *Ca-*
pitulationen *deß Reichs* / *Abchieden vnd Constitutionen* *zu*
nehmen. † Hæ *constitutiones* *vulgò* dicuntur esse *de Impe-*
rio, vel incundo, seu suscipiendo, vel suscepto regendo & administrã-
do. † *De Imperio suscipiendo & incundo* *conceptam potissi-*
 1.
 2.
 3.
 4.
 5.

- rum perhibent Dd. *Auream Bullam, & Capitulationem Casarem* am seu *Imperatoriam*. † De Imperio autem suscepto gubernando, ob novos emergentes casus, *latas esse constitutiones, Recessus Imperii dictas*, asserunt. † Verùm enim verò haut immeritò de hujus distinctionis veritate dubitatur, quia & *Auream Bullam, & Capitulationem imperatoriam non tantum de iis, qua imperium suscipiendum, sed etiam, qua imperium jam susceptum rectè administrandum, spectans*, disponere certum est. † Rectius fortè distinguuntur *Leges Imperii in Universales & Particulares sive Speciales*. † *Illæ totum Reipublica statum, atque ita, universos: Ha singulos respiciunt;* † *Illæ iterum vel tantum de imperio constituto gubernando; vel de imperio & constituendo, & jam constituto administrando simul, conscriptæ sunt.* † *Priores dicuntur Leges Administrationis, & sunt Recessus Imperii, Constitutiones Criminales Carolina, Transactio Passaviensis, quam exhibet Goldastus tom. 2. Reichsactz pag. 257 pacis religiosa & profana Constitutiones ac secundum nonnullos, Constitutiones Imperatorum ab eodem Goldasto collecta, nec non Decisiones Camerales.* † *Posteriores sunt Aurea Bulla & Capitulatio Casarea, quæ LL. Fundamentales vel i&xi appellari solent.* † *Speciales Imperii leges dico privilegia, sive jura contra communes Juris Regulas ob singularem rationem alicui indulta, quorum syllabo rectè accensentur famigeratissima, Serenissima Domus Saxonica de non Evocando, & de non appellando, privilegia, nec non Confraternitates & pacta illa successoria celeberrima, quæ olim erant inter Illustrissimos Duces Saxonia, & Principes Hennebergicos, quæque vel hodiè adhuc in vigore existant inter Eosdem & Celsissimos Hassia Landgravios, omnes & singulos Principes meos Clementissimos.* † *Horum jurium & privilegiorum in juri publici scientiâ non minus habenda est ratio, quam aliarum Imperii Legum, ut ut expresso & communi statu, um suffragio ea non fuerint recepta & constituta.* † *Sed de hisce omnibus Imperii Legibus, tam Universalibus, quam particularibus silius agemus in discursibus nostris subsequensibus, ubi earundem naturam, vim & efficaciam specialiùs enodare & enucleate annitemur, Spinosas & confractos illas controversias simul*

simul resoluturi: † *An Recessus Imperii à Dd. rectè definiuntur communes Reipublicæ, seu Imperatoris & status in Comitium facta sponsones ad ipsam administrationem spectantes?* † *An verò sint propriè leges, Constitutiones & Sanctiones Pragmaticæ?* † *Et comprimis, utrum Pax Religioni pragmaticæ Sanctionis naturam obtineat, an potius fœderis, seu inter partes Transactionis?* † *A quarum quæstionum decisione numero ferè innumera dependent & Capitis & membrorum Imperii commoda & incommoda.* † *Anxiè de posteriori controversiâ disceptant Jcti Dilligen- tes, in Compositione pacis cap. 5. quæst. 25.*

Quæst. V.

Vtrum Constitutiones & LL. Imperii, nimirum Auream bullam, Pacem Religiosam & profanam, Capitulationem Imperatoriam, Cæteros- que Recessus imperii abrogare non modò liceat, sed & Reipub. nostræ expediat?

† *Duplex quæstio nostra membrum est.* † *Ad primum respondeo, dupliciter illud intelligi posse, vel de solâ Casarâ Majestate, vel de Imperatore, & simul de omnibus Imperii statibus.* † *Priori casu quæstionis sensus erit: Vtrum Imperator prædictæ Imperii leges abrogare possit?* † *Quod negamus; quia nec Imperator solus eas demittit & constituit: Ejus verò est, legem tollere, cujus est condere, uti vulgatum habet Brocardicum.* † *Posteriori modo, si exaudiatur quæstio, tunc ejus sensus hic erit: An liceat Imperatori & statibus Imperii simul, Constitutiones illas Imperii mutare, abrogare, inq; earum locum alias substituere?* † *Id verò affirmamus, & quidem ob jam allegatum axioma & Principium politicum.* † *Eadem enim sunt principia destructionis, quæ constructionis.* † *At consensu Imperatoris & Imperii statusum latæ & promulgatæ hæc leges sunt: Ergo etiam eorundem consensu, illæ mutari & tolli poterant.* † *Alterum quæstionis membrum est; An etiam legum illarum mutatio & abrogatio Reipublica nostra expediat?*

Quod

10. † Quod in facis ire non dubitamus. Signanter enim scribit
 11. Ulpianus in l. 2. D. de Constit. princip. † In rebus novis constitu-
 endis evidens utilitas esse debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu equi-
 12. v. s. est. Hinc est, quod Cleon apud Thucydidem lib. 3.
 13. ait; † Rectius habere Rempubl., quae legibus, licet non exacte bonis con-
 stans, utatur quam qua leges subinde muret, licet in melius; † Quae
 etiam Alcibiades apud eundem Autorem lib. 6. Sententia est, &
 14. Augusti apud Dionem lib. 52. † Vbi ex hac causa adhortatur Sen-
 15. natum, ut leges easdem constanter observet. † Et monet ipse Arist.
 l. 2. polit. c. 6. non tantum boni se cum altere mutationem legum,
 16. quamvis in melius factam, quantum damni eadem causet. † Aure-
 us profecto forte a veterani versiculus est: Motibus antiquis res stat
 17. Romana virisque. † Cedro dignum est Thucydidis dictum:
 Tutissima, inquit, sunt Respubl., quae quam minimum mutant in le-
 18. gibus veteribus, etiamsi habent aliquid citius. † Mutationes enim le-
 gum rarenter, imò nunquam ferè suscipiuntur sine magnis motibus.
 19. † Quod i, sum probe secum reputans Scenissimus quondam Sa-
 xoniae Dux Fridericus, mutationem legis alicujus s'vadentibus,
 20. hisce verbis respondisse fertur: Es macht bewegung. † Semel
 autem excitati tumultus, multis postea seculis nō consulescunt.
 21. † Quae omnia cum primis circa nostri imperii leges fundamenta-
 les, & quae totius Reipubl. statum directè afficiunt, accuratè obser-
 22. vanda sunt. † Etenim in sublevis, nec statim Reipubl. nostra, (quo
 an melior formari possit, non paucos dubitare novimus) per-
 23. sistere poterit, sed corruat ille, necesse erit. † Quod igitur Le-
 gatus Venetus Henrico IV. Galliarum Regi, decreti Venetorū
 24. mutationem s'vadenti respondit: † Sirr, Senatus Venetus diu de-
 liberat antequam decerneret, sed quod decreverit, revocat nunquam: Id
 25. jure etiam de imperii nostri augustissimo Senatu praedicari de-
 26. bet. † Excepturo, imò rationem status quandeq, exposcere legū mu-
 27. tationem † Repono (1) id adhuc esse probandum. (2). † Non statim le-
 ges fundamentales tollendas esse, licet vel maxime. Has s'ilere & quasi se-
 re Ratio status s'ubeat, sed prestare, illas conservare, & de legibus vel
 28. potius ipso factò sollicitate, aut extendere, quò penitus abrogare. † Post-
 quam verò cessavit necessitas illa vā, cessare etiam debent leges
 illa singulares & extraordinariae, facta exorbitantia, quibus antea
 silentiū quasi legibus imponebatur. Tantum! Ternio alia funto.

Gratiâ Favente Divinâ!

ELECTORUM JURISPUBLICI RO-

MANO GERMANICI

SEMIDECAS QUINTA.

QUÆSTIO. I.

Quid sit Aurea Bulla, & quæ Appellationis

Ratio?

† **V** Idimus hæcenus LL. & Constitutiones Imperii nostri tanquam principia Juris publici scientiæ proxima *in genere*: † Nunc de illis promissi nostri hæc immemores agemus *in singulis*; † Et iò hac quidem semidecade de Imperii Legge illâ famosissimâ, quæ AUREÆ BULLÆ nomen habet. † Huic jure meritoq; primum damus locum, quia illa cæteris Imperii Cõstitutionibus & *temporibus* dignitas ratione prior est. † Prius p̄ promulgationis tempus stabilit. † Posteriùs confirmant insignia, illa Aurea Bulla elogia, quæ passim Dd. exhibent. † Illam enim B. Arumzus noster *firmissimam Romani Imperii petram, super qua etiam nũ majestas & pax ejusdem eudò quiescat*: † Buxdoiffius, *uri: um illud atq; adamantinum vinculum, quo qualescunq; Imperii Romani reliquia & ferreo lutes peder auring, continentur, & à dissolutione ac ruinâ adhuc conferantur*: † Prückmannus, *unicum atq; adamantinum vinculum, quo tenet hoc & ex sanguine Imperii corpusculum, quod vix offibus hæret, constringitur, quoq; salus & dignitas Imperii continetur*: † Peucerus, *Paciõ publica nervũ firmissimum appellat*. † Alii aliis eandem insigniunt encomiõ. † Ut verò & nostra addamus, nobis Aurea Bulla non immeritò Regina Constitutionum Imperii, LL. *suprema lex, Basis fundamentum, immò anima nostra Republica dicitur*. † Quanta quanta enim est, tili nifi paciõ, justitiã, & salutem publicam firmamentũ est.

† Prisca parem nescit, paritem quoq; postera nullam Exhibitura dies: *Leges supereminet omnes; sola ea præteritis melior, meliorq; futuris.*

Respondente
J. barin-
Andrã
D. C. H. Hal-
lens Saxone

15. † Ut summatim dicam, habet hæc lex fontes *omnis pacis*
 16. *publica*, & inter principes Imperii *consordia*. † Fremant omnes
 licet, dicam, quod sentio: *Encomia & Elogia* mehercule omni-
 um, *Legis hujus pulcherrimæ autoritas & elegantia* superare
 17. mihi v. detur. † Nec, mihi si linguæ centum essent, oraq; cen-
 tum, Eandem condigno verborum præconio exornandi facul-
 18. tas superesset. † Ut hinc non sine ratione *CL. Linnæus tom. 1.*
Juris publici cap. 11. num. 98. pag. 127. unicusquisque aliquid, (quod
 Suidâ interprete decies mille amphoras ū verbum pronunciat)
 exposcat, quo dignitas, utilitas, & præstantia Nobilissimæ illius
 19. Legis satis exprimi possit. † Auream hanc Bullam vulgò de-
 finiunt, *salutarem Imperii & Imperatoris sanctionem, leges ejus-*
dem fundamentales, secundum quas Regimen & Acta Imperii gra-
vissima suscipienda & expedienda in se continentem, à Carolo IV. Im-
peratore Imperiis, statibus Anno Christi 1356 Norimbergæ latam.
Georgius Braudlach Epitome Jurisprudentia publica uni-
 20. *versa cap. 1. rb. 19.* † Rectius fortassis eadem hoc modo descri-
 bitur, quod sit *Lex Imperii Romano-Germanici fundamenta-*
 21. *lis ab Imperatore Carolo IV. Omnium Imperii statuum approba-*
tione promulgata. † Legem fundamentalem dico; Pro cujus
 rei evidentiori intellectu notari volo, *Leges civiles esse duplices,*
 & quasdam ex his *statum subditorum privatum*, quasdam verò
 22. *& directè & principaliter publicum statum, ejusq; gubernationem,*
 & *directionem* respicere. † Illz jura regni, & Leges funda-
 23. mentales idèò appellantur, quod nimirum *in sù tanquam fun-*
damentum Imperii status subsistat, & beneficio eorum ille sal-
vus, integer, incorruptus & sartus testis conservetur. † Jis-
 inquam, ipsa *Reipublicæ fundamenta & nervi, tanquam arctâ*
 24. *catenâ & Spiritu quasi vitali colliguntur.* Dn. Reinking. *lib. 2.*
 25. *de Regimine secul. ar. & Ecclesiastico class. 2. c. 6.* † Leges funda-
 mentales vel *scriptæ & expressæ sunt, vel non scriptæ & tacitæ, & per*
non scriptas & tacitas intelligo mores receptos, & consuetudinem in-
veteratam, ac instituta Republica, quæ certè in publicis negotiis
 principatum ducere, & si non palmam præripere, dubiam
 tamen eandem *Legibus scriptis* efficere quandoq; videntur;

Ad eò, ut non, sicut olim, (vide l. 32. pr. D. de LL.) consue- 26.
 ra: nisi demum locus concedatur, quando scripta legibus non
 utamur, sed potius ordine inverso & immutato, iis in causis
 tandem secundum jus scriptum iudicetur, in quibus id non
 custodiatur, quod moribus & consuetudine introductum est. † Con- 27.
 sentit ipse Philosophus lib. 4. polit. c. 1. & c. 5. ubi monet, non
 timere Legibus, quam ex institutis de forma Reipublica iudicari
 debere: † Leges Rebus publicis, non Republicis Legibus accom- 28.
 modandas esse: † Sapè etiam visum venire, ut legibus seu legum ratio- 29.
 ne sit Oligarchia: usu Democratia. & ex adverso, usu & institutis
 Oligarchia: legibus sit Democratia. † Textus hanc in rem ele- 30.
 gans in Super existat apud eundem lib. 3. polit. cap. 12. & ult: Præ-
 terea, inquit ille, leges moribus receptæ majoris sunt autori-
 tatis, quam leges scriptæ, & de rebus majoribus: Homo, qui
 præest legibus, scriptis est stabilior, non verò iis, quæ mori-
 bus sunt receptæ. † Hic expressis verbis Aristoteles prærogati- 31.
 vam attribuit juri non scripto. † Causam hujus rei ponit ejusdem
 Interpret solertissimus Gifaniura tempore & usu, ex quibus ip- 32.
 sis tota quoque legum autoritas pendeat. Optima enim est LL.
 interpret consuetudo l. 37. D. de LL. † Hinc & Divinus Plato 33.
 lib. de legibus, Leges non scriptas, ἡ γὰρ φύσις καὶ ἡ ἀρετὴ τοῦ νόμου
 est, patria instituta ait esse *divinus πῶς καὶ ἀρετὴς*. † Ut ut verò hæc 34.
 ita sint, & magna autoritatis jus non scriptum habeatur, idq; in-
 tantum probatum, ut non necesse fuerit, scripto id comprehen-
 dere l. 36. D. de LL. † Absit tamen, ut tanta ejus sit autori- 35.
 tas, quæ rationem vel legem vincat l. 2. C. qua sit longa consuetudo,
 sed quod non ratione introductum, verum errore primùm, de-
 inde consuetudine obtentum est, in alijs similibus non obtinet
 l. 39. D. de LL. † Præterea per leges fundamentales tacitas, quas 36.
 alii mentales vocant, de noto conditiones illas, sub quibus popu-
 lus Principi se subjecisse, eidemq; in se potestatem conce-
 sisse, probabiliter præsumitur. † Populus enim Magistratura
 vel principem sibi eligens & constituens (loquor verò de ordina- 37.
 rio electionis & constitutionis modo) non modò pro fine habet glo-
 riam DEI, sed etiam suam utilitatem, hoc est, salutem publi-
 cam. Quævis itaque in electionis actu nulla leges vel conditiones

expresse proponantur Principi, non tamen esse stimadum est, populum potestatem summam *merito principis gloria & arbitrio*

38. *ac licentia effreni concessisse*: † Hac enim ratione non in salutem populi, sed omnimodam perniciem & intercessionem cedere electi principis imperium: † Nam remotâ iustitiâ quid aliud tant
39. regna, quàm magna atrocitas *atque testante Augustino* † Omni iuratur ordinariæ & legitimæ Magistratus constitutioni *haec conditio*
40. *onis tacite inesse videntur*: † Si Princeps totam gubernationem ad gloriam Dei direxerit: † Si potestate suâ ex communem Reipubl. utilitatem, protectionem ac conversationem societatis civilis usus
41. *ut eadem in perniciem populi abusus fuerit*. † Si Reipublicam
42. secundùm rectam rationem & iustitiâ administraverit: † Vno verbo: **SIS SALUS REIPUBLICÆ EIDEM SUPREMA LEX FUERIT.**
43. † Nec enim hæc duo inter se pugnant, *habere potestatem summam & absolutam, & tamen obliuiscuntur*: obliuiscunt esse ad id quod primum, iustum, æquum est, nec non Reipubl. utilitas effugiunt. Consûle Aristotelem *lib. 5. polit. c. 10. & lib. 8. Eth. c. 12.*
44. † Leges fundamentales expressæ hanc unius generis sunt, sed vel *caput, vel membra, vel harmoniam inter utrumq;* concernunt.
45. † Deinde quædam Leges fundamentales potestati Principis certos ponunt limites, ipsiusq; Majestatem minuunt. † Quædam verò eandem non infringunt, sed principem tantummodo ad Rectam Reipublicæ gubernationem, iustitiæq; administrationem, magis magisque adstringunt & obligant. † Illæ non parum à *legibus fundamentalibus* tacitis differunt, quia *salutem principis summam & absolutam potestate* stare nequeunt, sed potius ea, quoad exercitium quorundam Jurium Majestatis, limitatam & restrictam efficiunt. † Vbi enim leges domibantur, ibi non est absolutum Imperium, ut tradit *Arif. l. 3. polit. cap. 16.*
46. † Vbi ad Regis & Regis proprie dicti constitutionem requiritur, ut *non in illis dicitur, s. e. ex sua voluntate omnia agere, omnibusq; imperare possit*. † Qui enim *non ubi seu secundum legem* Rex est, ille proprie non est Rex, nec Regnum constituit.
47. † Posterioriores verò Leges fundamenta expressæ cum *legibus fundamentalibus* tacitis coincidunt, nec easdem *Regis* sive

Monarchia potestatis respicit, quâ de re passim politici, † Vti verò 54.
nobis tunc hodie est Respublica, quæ non *servis & expressis in-*
nitatur ac fulciatur LL. fundamentalibus: † Ita & Imperium 55.
nostrum Romano - Germanicum iisdem non destituitur, sed
varis condecoratum, exornatum, & corroboratum conspi-
ciamus. † Ex his cum primis caput exeret suum nostra Au- 56.
rea Bulla, quam ideò etiam *Legis fœderalis* *nomine in-*
signatur, & per idem definire placuit, † Hæc Aurea Bulla 57.
descripta à Dd. in prænotum & ipsam tractationem. † Proce- 58.
ptum continet in se I. Numinis Divini invocationem, II. Impera-
toris Caroli Quarti titulum, III. Promulgata Aurea Bullæ causam
impulsiuam & finalem, IV. Locum, in quo Lex illa Aurea lata: nec
not. V. Ipsum tempus, quo illa edita: De quibus omnibus & 59.
singulis, in subleqq. quæstionibus mox dicetur fusiùs. † Quod
spectat ipsum Aureæ Bullæ nomen, & hujus appellationis rati-
onem, notandum est, Constitutionem illam Carolinam, secun-
dùm Excellentiam Auream Bullam dici, & quidem non tam
ratiõne objecti, ut illud constituant materia & res verè au- 60.
rea, quàm ab appenso Imperatorio sigillo aureo. † Et quidem
non per quandam synecdochen, uti vult Dn. Justus Sinoit, cog-
nomento Schüt; Disputat. 1. sb. 10. lit. a de statu Rei Roman.
cum hic neq; genus pro specie, neq; species pro genere, neq; in-
tegra essentia aut tota materia, pro parte essentiali vel materiali,
neq; etiam pars essentialis materialivè pro totâ essentiâ aut
integrâ materiâ accipiatur, in quibus modis consistere dicitur
synecdoche, sed per metonymiam adjuvnti, cum hic si-
gnificat guttam aque supersstantem, quæ nobis Germanis appellatur
Wasserblase / quasi vesica vel postula aqua, quo sensu HO-
MO BULLA in diverbio illo trivissimo audit, neq; etiam, 62.
ut quondam apud Romanos, puerorum prætextatorum gestamen
& insignis, quod in figurâ cordis dependebat eî à pectore, ut signifi-
icaretur, eam ætatem alterius regendam consilio: † (Bullam namq;
à Gra. ἄ βοῆ βοῦν, quæ Latinis consilium dicitur, quidam deduc-
unt, quod etiam probare videtur subtilissimus Scaliger, quibus ta-
men contradicit Perotus, illud Etymon plenum insanæ proclamans,

- cum infigne illud puerile Bulla dicta fuerit à similitudine ejus bul-
la, qua spiritus in aqua excitatur, pratiquè dum bullis, figura ro-
tunda (Videatur Matthias Martinig in Lexico suo Philolog.) sed si-
gillū misjus, quo in significato Græca etiā vocula βύλλα sumitur.
63. † Hinc à βύλλα est & βύλλιν, pro bullā, orbiculo, circulo, & βύλλινος
bullare, sigillare, βύλλινος bullatorium, forma, in quā bulla expri-
muntur: βύλλινος est non ob signatum. † Ratio appellationis
hæc esse videtur, quia sigillum litteris majoris momenti in bulla
formā, etiam in capsulis bullatiū appendi solet. † Sigillorum verò
vel Bullarum quatuor genera recensent Lexicographi & Histo-
rici. Vel enim erant Bulla aurea, vel argentea, vel ceræ, vel
66. plumbea. † Aureæ vocabantur Græcis χρυσεύβυλλα, iisdemq; uri
conleverant Imperatores in rebus gravioribus, & maximū mo-
menti concessionibus, nec non in pragmaticis sanctionibus ad totum
67. Imperium pertinentibus. † Freherus in not. ad lib. 2. cap. 5.
Petr. de Andlo tr. de Imperio Romano, in verbis. Bulla sed sigillo
68. p. (mibi) 70. in med. † De cæterarum Bullarum usu bene
agit Meursius in Gloss. Græco barbar. & ex eo Matthias Martinus
69. & Cl. Dn Limæus à lib. 1. cap. 11. n. 18. & seqq. † Quoniam
igitur & Constitutio nostra Carolina de rebus Imperii maximis
& gravissimis disponebat, auro etiam sigillo, sive Bullā Aurēā
eandem corroboravit & condecoravit Carolus IV. Chryjobul'a
archiepius, uti cum nominat Freherus in responsoria ad Geruol-
dum, & ab eisdem appensione Ipsa Lex, Aurea Bulla indigitari
70. capit. † Illam idem Freherus not. in Petr. de Andlo d. l. à
Pileo Cardinale ab Urbano Papā VI in Germaniam misso, tanquam
teste oculari: Hanc in eò græcè descriptam exhibet: Verba hæc sunt:
71. † Prædictus liber erat: scriptus in 24. foliis cum cooperiturā grossā,
in quo erant scripta diversa negotia sacrum imperium & Elector: s
ejusdem tangentia: qui quidem liber transfixus erat cum filis seri-
cis & laicis & rubri coloris involutus, cum bulla seu sigillo auro rosundo
Imperiali appendente, in cuius uno latere apparebat figura Im-
erialis in majestatis sedens, cum corona Imperiali in capite, habens in
manu dextra sceptrum & in sinistra manu pomum cum cruce desu-
per, modo Imperiali, & à latere dextro Clypeum cum Aquila, &
sinistro

ſuſtro c'pou cū formā Leonia. In circūſerentiā verò legebantur hæc
verba: † CAROLUS IV. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA 72.
ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS &
BOHEMIE REX. Ab alio verò latere caſtrum magnum cum dua-
bus turribus habens portam inferius in medio cum litteris: AVREA
ROMA. In circūſerentiā verò legebantur hæc verba: RO-
MA. CAPVT. MVNDI. REGIT. ORBIS. FRENA. ROTVN-
DI. † Hæc ille, ubi ſimul etiam reſcè monet, non aliunde di- 73.
ctos Doctores Bullatos, quàm quod ejuſmodi litteris ſuz doctur-
æ ſigillatis, abſq; examine Academico & promotione nitantur.
Conſentit Dn. Arumæus p. m. diſcuſ. ad A. B. i. tb. 4. in ſu-
p. 6. † Verum verò prænominari Doctores Bullati iūdem gaudeant 74.
privilegiis, quibus in Academia præmoriz? non eſt huius loci quæ-
ſtio, ſed aliò ſpectat. † Placet tamen affirmativa, quam ſolidè 75.
ab Arumæo noſtro d. diſc. tb. 5. propugnari video. † Stat enim 76.
tañdiu pro Comitibus Palatinis firma præſumptio, Eos ſcilicet
non aliter quenquam Doctoris condecorare & maſtare honore ac
titulo, quàm prævio examine adiuncto ad minimum duobus vel tri-
bus Doctoribus, ad quod litera Comitiva, eosdem obligatos tenens,
quamdiu inſallibiliter monſtretur nobis contrarium. † Multò 77.
minus autem Examina Profeſſorum Academica ullo iure in du-
bium convocare licet, cum publica ſint, & à Virorum Optimo-
rum, probatorum ac juramenti vinculo obſtrictorum Ordine to-
toq; Collegio inſtituantur. † Penes illos certè, non penes alios 78.
potestas reſidet dijudicandi, cui dignitas Doctoralis dignè con-
feratur. † Illorum diſcreto & conſcientioſo arbitrio, Sacra Caſa- 79.
reæ Majestas, rem totam commiſit & concedidit, utpote quæ
neq; ex ſolâ ſuſtentiâ, neq; ex ſolâ morum probitate, neq; ex acti-
vis annorum, vel temporis Academico vita curſu peracti numero
& ſpatio, neq; ex aliis indiſiis, qua certis limitibus includantur,
certò æſtimari potis eſt. † Nul' à igitur ſuſpicionem Examina 80.
tores illi onerandi ſunt: In vicum bonum nullam cadere ſu-
ſpicionem, vulgatum a què ac verum habet diverbium, quod me-
ritò & hic obſervatione dignum.

Quæ-

ELECTORVM JURISPVBLICI
 QVÆSTIO II.

Aquo Aurea Bulla promulgata fuerit?

1. † Is est Imperator *Carolus IV.* primam *Wenceslaus* dictus, quem jam modò cum *Frebero*, *Chrysobulla* archiepiscopum laudavimus: † *Insignis ille princeps, sui seculi Salomon, iustitiam in Imperio, auctor, de Electoribus & alijs Ordinibus bene meritus, si quis alius ante eum: Verba sunt ejusdem Freberi.* † *Vir profectio religiosus, & qui in quinq; linguis erat expeditissimus, si Cospiniano in eius vita fides adhibenda est.* † *Principis sermone affabilis, accessu facilis, vultu, quo maxime populos demulcere poterat, amabilis, æquus propensus, iniquis acerbus, literarum fautor, Jurisq; amantissimus*
2. *Dr. Arumius d. discurs. l. th. 3.* † *Caroli nostri quarti titulum*
3. *ptigraphæ proœmio præfixa hisce exprimit verbis: † Wir Carolo der Vierdt, Von Gottes Gnaden Römischer Keyser/ zu allen Zetken mehrer des Reichs / vnd König in Böhem/ zu ewigen Bedechtniß der Sachen.* † *Hic quidem ipse se dicit semper Augustum, verum Res gestæ titulo minus respondent.* † *Nam potius Dissipatorem Imperii, alterum Crassum, Imperiiq; Vitricum eum dixit Imperator Augustissimus Maximilianus I. quo nec pestilentior pestis Germaniæ unquam obtigerit Spigel. lib. 5. Comment. ad Ligur. Güntheri.* † *Alienavit enim ille de imperio, Regnum Arelatense, sedecim liberæ civitates, Suevia urbes, Lusaciam, publica vasa galia, & si alijs credimus, totum Imperium ad sublimationem Regni sui Bohemici venditurus fuisset, modò emptorem reperisset. Arum. d. l.* † *Qui alienationis ausu certè non excusandi, sed indubiè accusandi & improbandi sunt, quicquid etiam in contrarium unus vel alter molitur.* † *Sed licet hæc ita sese habeant, velidè tamen Carolus IV. æternâ laude dignissimus est, quod Nobilissimam illam Legem promulgaverit, & per eandem pacis & concordiam publicam in integrum restituerit, secundum Poëtam:*
4. † *Ehdie bis aur dißsam de nomine Bullam,*
Dum stabilis Regni, paci amator, opes.

Erat

† Erat Carolus

*Quartus amans nimium patria, indignoq; coronam
Mercatus nato, caetera rectus obiit.*

† Martinus Rumelin *d. sseratione, 1. ad A. Bull. tb. 2. p. 3.* 14† Et id quidem, quod de promulgatione *Aureae Bullae a Carolo II.* 15.

*facta diximus, omni caret dubio: utrum verò ex consilio san-
sum, an potius ex consensu Procerum & Ordinum Imperis Lex illa
lata & edicta fuerit? altioris indaginis, & longi subsellii res est.*

† Prius asserendum esse videtur, quia in *d. A. B. prooemio
circa finem, nec non in tit. 3. & tit. 12. ubi & in Reformat. Friderici* 16.

*III. de Anno 1441. praesentis tantum, assistentia & consilii mentio fit,
& de Imperialis potestatis plenitudine constitutionem illam con-
stitutam fuisse asseritur. & Communis opinio autè posteris desolat,
pro quo facit, tit. 12. § 2. A. B. ubi: vff vnser vnd sht wolgefalle :* 17.

*& clausula illa solennis novissimi Imperii Legibus adjecta solita:
haben wir vns mit den Ständen/vnd sie htn widerumb mit
vns verglichen/ de qua Die Alio plura. † Versu 3; certo respectu
verum esse potest, quod in ipso consiliu demonstrabimus.* 18.

Quaest. III.

Quo in loco, & quo tempore Aurea Bul-
la edita?

† Prius de loco dicemus, de quo prius etiam quaestionis mem- 1.
brum loquitur. † Doctores autem hic in diversas abeunt par- 2.tes. † Quidam enim *Metis*. Alii *Norinberga*: Alii partim *Metis*, 3.partim *Norinberga* Auream Bullam latam esse perhibent: 4.† Alii verò eam quidam *Metis conditam*, *Norinberga autem* 5.

promulgatam asserunt. † Goldastus ex aduerso illam primum 6.

quidem in *Norinberga compositam*, sed apud *Mediomatricos cum* 7.*consensu primogeniti Regis Gallie promulgatam* esse scribit in *se-* 8.*nior. lib. 1. c. 20. n. 15. p. 166.* † Omnes hae opinionones quamvis 9.mutis modis discordantes fundant se in ipsa *Aurea Bulla, ejusq;* 10.*vel proximi verbis finalibus, vel tit. 24. principio.* † Prooemium 11.tit. et in, qui pro *Norinberga* pugnant, in verbis illis: *En vn-* 12.*sern hochsterlichen Hoff zu Nürnberg.* † Rubrica 13.

K

autem

- autem *tit. 24. pro Curia Mtenfi* militate videretur. Ita enim illa
9. habet: † Die hernach geschriebene Befetz seynd durch Carolen Weyland den Vierdten Römischen Keyser / zu allen zeiten Wehrern des Reichs vnd Rdatz zu Böhmen / im Hoff zu Wertz / als man zehnt Tausend Dreyhundert Sechs vnd sunffzig Jahr gegeben vnd geöffnet / etc.
10. † *Accedit huic Bulla Sigumundi Imperatoris Caroli IV. filii*, quae extat apud Goldastum *rom. 1. p. 166. ibi: In dem Befetz seiner Keyserlichen guldernen Bull vorzeiten zu Wertz gemacht.*
11. † *Nos subscribimus Arumai nostri opinioni*, quae inter relatas tertium possidet locum, & inter ipsa *Aurea Bulla capit. 8* distinguit, ea, quae continentur in titulis prioribus, usq; ad titulum vicissimum quartum, ab illis, quae habet praedictus titulus cum inferentibus.
12. legregans: † *Horum promulgatio Metu: Titulorum vero edito*
13. *Norinberga* facta est. † *Idiplum discrimen exigunt verba initialia Rubrica tituli 24. Infra scripta* Leges: † *Unde firmiter colligitur leges retro scriptas ab iis differre, & quod in proemio A. B. respectu promulgationis dicti, ad Leges infra scriptas hauri extēdēdū esse.*
15. † *Nec tibi sermo est, de Aurea Bulla compositione, sed ipsa promulgatione, quod latius verba illa, Edidimus, Leges promulgare, cōfirmant: † Vt hinc scaves si sint, qui hoc in casu inter compositionem & promulgationem distinguere satagunt. † Nec quicquam praesidi & roboris erranea illa sententia accipit, ad Sigumundi Imperatoris Bulla, utpote quae ipsa errori innititur, uti recte notat*
18. *Goldastus* † *Circa tempus promulgata Aurea Bulla, de quo postea questionis membrum, nullus, quantum ego quidem sciam, Dd. dissentiens est; sed in eo cōsentiunt omnes, quod anno 1356. & quidem priora capitula die quarto Idus Januarii, posteriora vero ipso salvatoris nostri Natali die fuerint publicata. † Idq; sine omni impietatis macula fieri potuisse tueretur Dn. Limneus d. lib. 1. cap. 11. ubi iure meritoq; Regis ejusdam Anglia facinus, à quo quis certam tenuit cum hoc opere, ut die Natali Domini singulis annis coram Domino Regem faceret unum saltum, unum suffecum, & unum bambulum, hoc est, saltare, buccas cum sonitu inflare.*

Et ventris crepitum ederet, proflus damnat, & exterminat.
 † Tempus promulgationis, proœmium hoc modo describit:
 Sub anno Domini millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo sexto, 20.
 nã indictione, quarto Idus Januarii, Regnorum nostrorum anno de-
 cimo, Imperii verò secundo. ut habet Mogontinum Aurea Bullæ
 exemplar, vel ut Palatinum, primò. † Hæc vernacula nostra
 lingua ita efferuntur: 21.
 Im Jahr des Herrn, Tausend drey-
 hundert sechs vnd funffzig, der Neunden indiction, am
 vierden Idus, oder neunden Tag des Monats Januarii/
 vnsers Reichs in Zehenden, vnd Keyserthumbo im ersten
 Jahr. † Vbi observandum, primò indictionis vocabulo si-
 gnificari, sicut Trium Lustrorum Quinquennialium, sive tres Olym-
 piades, i. e. quindecim annos, iisdemq; elapsis, novam inchoari
 indictionem, que vulgò vocatur der Römer Zinfzähl. † Tertio 23.
 plicem verò habemus indictionem, Constantinopolitanam, que
 initium capie à calend. septemb. Casarem, que incipit à Decimo
 quarto Septembr. & Pontificiam, ejus initium est à Calendii Ja-
 nuarii sequenti. † Græci Indictionem vocant ἐπιμαρτυρία. 24.
 † Idè verò anni per indictiones numerari ceperunt, quia in-
 dictiones h. e. annone & tributa erant anniversaria. Cujac. ad tit.
 C. de inact. † Quando igitur dicimus, indictione primã, in-
 dictione secundã, indictione terciã &c. tunc intelligitur annus
 primus, secundus, tertius &c. indictionis, que explicatur orbis an-
 norum 15. † Sic & in nostro textu per indictionem nonam ex 27.
 audiendus est annus indictionis nonus. † Causa, ob quam in-
 dictionis fieri solet mentio, consistit in eo, ut eò accuratior 28.
 habeatur temporum ratio. † Quã de re videri poterit Subti-
 liss. Scaliget lib. 5. de emendat. temporum. † Hinc & Imperator 29.
 Justinianus in Novell. 47. cap. 1. expressè præcipit, ut rebelliones, 30.
 quas vocat ουβελαιοςεφους, nec non omnes alii, qui negotiis civium
 operam dant, ea describant vel in iudiciu, vel extrajudicia. Et instru-
 menta non modò oriantur à Nomine Imperatoris, ejusq; Imperii
 annum, ac nomen consulis, qui eo anno fuerit, exprimant, sed &
 annum indictionis subjiciant, ut hæc ratione non solum Imperii

- memoria & Ordo Consulum conferretur, sed etiam ipsa Instrumenta ab omni falsitate incorrupta præsentiur: † Quarum rationum prior ab honesto, altera ab utili deducta est. Rittershusius exposit.
32. Method. Novell. part. 9. c. 24. num. 39. & seqq. † Deinde & secundo Carolus IV. ex Imperatoribus Romano Germanicis fuisse tricesimum quantum & regnare cepisse anno millesimo, trecentesimo, quadragésimo sexto, & propterea rectè dici, Auream Bullam confectam esse anno regnorum Caroli IV. decimo: † Tertio denique relictus legi, anno Imperii primo, quàm anno Imperii secundo.
34. † Constat enim ex historicis, quod Carolus IV. anno millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto in die Paschato Romæ coronatus fuerit: † Nondum igitur primus Imperii annus quarto Idus Januarii, seu die nono Januarii anni insequenti 1356. ex assu &
36. in totum finitus & absolutus esse potuit: † Non parum lucis huic rei affert diploma illud, quod eodem anno & quidem post aliquot septimanas Carolus IV. edidit, idque Freherus de legit. tut. Elect. exhibet, in quo consimilis extat subscriptio: Regnorum nostrorum decimo, Imperii, verò primo. Gerlacus Buxtorffius ad Auream Bullam Caroli IV. concl. 8. † Sed quærat fortè aliquis, cur se. annus Imperii discriminetur ab anno Regnorum. † Respondet pro nobis Buxtorffius d. l. antiquitus scilicet Imperatores non nisi à die coronationis Pontificia annorum diuumerationem incepisse, id quod jamdudum in defuetudinem abierit. Ad ipsam Experimentiam omnium rerum optumam Magistram provocare possumus.

Quæstio IV.

Quæ causa, quod Aurea Bulla lata?

1. † Causam promulgatæ Auræ Bullæ recenset Imperator Carolus IV. in ipso prologo, ubi ponitur (1) Thesis. (2) Theseos per Exempla declaratio. (3) Eiusdemque ad tunc temporis præsentem Reipubl. nostræ statum applicatio, atque ita simul (4) Legis hujus constitutæ, tum causâ impulsivâ, tum causâ finalis. Thesis

† Thesis hæc est. *Omne Regnum in seipso* (Moguntinum habet, 9.
seipsum) *divisum desolabitur.* Addeitur Ratio. † Nam principes 10.
ejus facti sunt socii furum: ob quod Dominus misit in medio spiritu
veriginis, ut palpent in medio, sicut in tenebris: & candelabra
eorum movit de loco suo, ut caeci sint, & duces caecorum: & qui am-
bulant in tenebris, ostendunt, & caeci mente scelera perpetrant, qua
in divisione (Moguntinum, *divisionem*) *contingunt.* † Ein leg- 11.
 lich Reich das in ihm selbst zertrent / vnd in Uneinigkei
 gesetzt / wird Trostlos: † Denn die Fürsten solcher Zer- 12.
 trennung seynd Besellen der Liebe. Darumb hat Gott
 mitten unter sie gemischet, denn Geist des Schwindels / daß
 sie an Wttrage / gleich als in der Finsterniß / mit Hän-
 den tastē vñ Strucheln / auch das helle Licht vñ seinē Ort
 hinweg gerückt vnd genommen: damit sie ganz blind vnd
 der Blinden fähret werden / vnd die also im Finstern
 Wandern / die schaden vñ seynd blindes Semüth / volbrin-
 gen die Wttraten / so in der Zertrennung geschehen.
 Thesis hæc fundatur in ipso iure divino *Lucæ 11. vers. 17. Marci 3.*
vers. 24. Mat. 10. 12. vers. 25. † Et facit hoc famigeratissimum i lud, 13.
 Belgisq; maximè solemne symbolum: *Concordiâ res parva cre-*
scunt, discordiâ maximè dilabuntur † Thesis eadē illustratur exem- 14.
 plis. *Eequidem* (1) *Lapsu Luciferi* (2) *Ejectione Adami à Paradiso,*
 (3) *Troia demolitione & ruinâ* (4) *Reipublica Romana depravatio-*
ne. † Ita enim *Carolus IV.* Sag an du Hoffart / wie woltestu
 in *Lucifero* geherschet haben / wo du die Zertrennung zum
 Wtgehülff / nicht gehabt hättest? † Sag an du hässiger 15.
 Sathan / wie woltestu den Adam aus dem Paradies ver-
 erleben haben / wo du ihn nicht von Schorsam abge-
 fähret? † Sag an du Zorn / wie hättestu den Römischen 16.
 gemeinen Nuz ins Verderben gestürzt / wo du *Pompejum*
 vnd *Iulium* in der Theilung mit grimmigen Schwertern /
 nicht zu innerlichen hefftigen Kriegen erwecket? † Sag 17.
 andu

- an du Dank uscheit, wie hättestu die Stadt Trosam gesidret / wo du Helenam von ihren Mann nicht abwendig gemacht? † Sublequitur nunc *ibestes applicatio* in iis verbis: Auch du Aid vnd Haf / hast das Christliche Keyserthumb / so von Gott / gleich der Heiligen unzertheilten Dreyfaltigkeit / mit den Hödtlichen Tugenden des Glaubens / der Hoffnung / vnd Liebe gestercket / auff dessen Grundfest / alle Reich / vnd gewalt ruhen mit Bist / welche / du also eine Schlang in des H. Reichs sieben Churfürsten durch welche als sieben Leüchter / das H. Reich in einigkeit des sieben förmigen Geistes solt erleuchtet werden / mancherley
- 9 Zerstörung angericht. † *Vhæce ed melius & facilius percipiuntur, notandum est, varia inter Electores quondã extitisse diffidia, varias simultates, variasq; conuentiones, & digladiatiores, quas excitauerat mira illorũ ambitio & inuidia, ob sessionis cõprimis prerogatiuam, quam singuli affectabant* † Et quod sane deplorandum ac detestandum, nimia illa ambitio Ecclesiasticos maxime principes, sacerdotes & Clericos inuaserat, quos circa eiusmodi honorum aucupia alijs etiam valde fuisse ambitiosos, luculenter pateleat ex l. 16. l. 14. in pr. C. de S. S. E. clesiis l. ult. C. de summa Trinitate. † Ita scilicet peior dominandi cupiditas est in iis, qui verbum pacis proponunt Latcis, quam alii secularibus: Resmiranda deplorandaq;. Warem. ab *Chrenb. in medit. profader. part. 1. c. 1. num 44. Limnæus dist. l. 1. c. 11. num. 86.* † Exempla hujus rei sunt cuius obuia, quæ post
23. *Db. Arumsum dicto dist. 1. lb. 6. refert etiam Limnæus d. l. † Præceteris verò notabile dissensionis inter principes Ecclesiasticos exortæ exemplum recenset Wolffius lect. memor. cit. 15 pag. 973. & Crantz. in saxon, lb. 6. c. 46.* † In conventu enim Moguniz, Anno 1184. celebrato, *Weideradus Abbas Fuldenfis ipse ad coronationem Henrici VI. insignem excitavit de sessionis prerogatiuã conflictum.* Postquam enim *Coloniensis Archiepiscopus iam sinistrum latens Imperatoris occupauerat, Abbas ille (uitu ex imprudẽtia*

rã an impudenciã, alij iudicet) eundẽ loco amovere i cõtavit. ¶ Sed
 quid nẽ? Assurgēbat quidẽ *Archiepiscopus, princeps modestia aman-*
uissimus, cedebat etiam *Abbati,* & *hiscẽ verbũ sedēdebat: Itaq; cedeo*
Archiepiscopus Abbati, & Princeps Elector Monacho; sine dubio illi-
 us benẽ memor: *Honorẽ non esse honorã; sed honorãnciã:* ¶ Verũm
 nõ sine singulari honoris maculã *Czsar bonũ Abbatẽm Fuldensẽm*
inferiori loco sedere, & ut Archiepiscopo primũ concederet locum,
 voluit, iussit, mandavit. ¶ Digna profectò tam nefando arro-
 gentiã scelerẽ poena! Optandum quoq; foret, ut *pragmati: a ali-*
quã sanctione adinstar Aurea Bullæ vel hodiẽ diffidentium Imperii
 statuum animi in cõcordiam redigerentur & cõstringerentur.
 ¶ Et fieri forsan posset, si definitio farinariã rei aulicorum
 subserviret, Verba sunt *Atumxi nostri in discurs. de sessioni pra-*
rogativa, quã hic referre tantũ voluimus. ¶ Succedit deniq; in
 proœmio nostræ *Auræ Bullæ* causa impulsiva & finalis in verbis:
 ¶ *Demnach wir vns aber Ambto haben / so wir von Key-*
serlicher Majestät. vnd Würden führen, zukünfftiger Be-
fahr solcher Zertrennung vnd Vneinigleit, zwischen den
Churfürsten, in welcher Zahl wir als ein König. in Bõ-
heim erkandt werden / aus zweyerley Vhrsachen, nem-
lich / wegen deß H. Reichs / vnd dessen Wahl Berechtig-
keit / deren wir vns gebrauchten / zubegegnen schuldig er-
achen: So haben wir hernach beschriben Besetz / Einig-
keit vnter den Churfürsten zu pflantzen / vnd einmütige
Wahl einzuführen / auch der vorgeantent schmä-
lichen Zertrennung vnd allerhand Irrungen / so dar-
aus erwachsen / den Zugang zu versperren / vnd gantz-
lich zu benehmen geordnet / beschlossen / auffgericht / vnd
zuehalten bekräftiget. ¶ Vade plus satis elucescit, caufam,
impulsivam internam sive ægyptiã, sive sumum, quo flagrabat
Carolus IV, patriæ amorem, nec nõ juris, officii, Pacis Publicæ
religionem; Externam vero sive ægyptiã varias illas inimici-
tas & dissensiones, quarum paulò ante mentionem fecimus
 & pro-

22

23

24

25

26

27

28

- & proinde causam finalem earundem extirpationem, concordantemque restitutionem esse † Quod ipso refelluntur ii, qui aliam pondit & promulgata Aurea Bulla causam, & quidem minus legitimam Carolo IV. assignere allaborant afferentes, eo nomine id factum esse, ut vivente adhuc Imperatore, Regis Romanorum electionem introduceret. *fa. thoremq. aditum hac rat. one suo suo*
30. Wenceslao ad Imperii fasces apprehendos prepararet. † Quem errorē rectè notavere viri eruditi, & ex his novissimè Cl. Linaeus d. lib. 1. cap. 11. n. 6 pag. 184.

QVÆSTIO V.

An Aurea Bulla in quibusdam articulis per contrariam observantiam mutata, & an benè vel malè id factum fuerit?

1. † Quoad primum questionis membrum, distingvi video, inter Aurea Bullæ essentialia & accidentalia. † Quidam in accidentalibus tantum ab Aurea Bulla recessum esse statuunt: † Alii verò tam quoad substantialia, quàm quoad accidentalia, eandem d. observantiam, existimant quibus subscribit Cl. Linaeus hanc
4. novem in simul exemplis opinionem suam confirmant. † Eadem etiam recenset Vir Doctissimus, Dn. D. Carpozovius, Amicus noster honorandus, comment. in L. Regiam c. 17. §. 1. 3.
5. † Quod alterum questionis membrum spectat, idem sepe baltenus à nobis Laurentius Linaeus cū Goldasto & Cyriaco Spangenbergert ferè contendere videtur, malè ab Aurea Bulla hæc nus recessū
6. fuisse. † Quàdè tamen judicandi facultatem sibi arrogare recusat Dn. D. Carpz. d. l. n. 30. † Nos in bivio constituti, quorumnam vestigia nobis legenda sint, ferè ignoramus, ita ut parùm absit, quin cum Prætorè exclamemus, NON LIQUET. † Nobis tamen videtur, salvo aliorum rectius sentiente um judicio, prius membrum post habita & non attentè prædicta discussione, quæ adhuc nobis suff. ita apparet rectè affirmati. † Nec nobis perivaderi patimur, per illam, quam propugnamus, contrariam observantiam illico Aureæ Bullæ institutam, vel statum Reipublice nomine inerruprum fuisse, & tamen dicta observantia non ea causa, quæ in c. d. d. d. & proxime statum ipsum esse videtur, ita tamen, quæ eorum jure perennante certo respectu mutari possunt, concernit, quod in discursu demonstratum dabimus. Tantum! Nunc Terminalia sunt.

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO - GERMANICI
 SEMIDECAS SEXTA.
 QUÆSTIO. I.

Respondē-
 te Christo-
 phoro Theo-
 philo Dil-
 herro, No-
 rimbergēsi.

Quid sit Capitulatio Cæsarea, & quæ Ap-
 pellationis ratio?

† **P**roximè de *Auræ Bullâ*, Nunc de *Capitulatione Ca-
 sarea*, quàm à Nostratibus *Keyserliche Capitulation*,
Keyserliche Wahl Capitulation, *Frankfurtische*
geschworne Pacht, *Frankfurtische obligation*,
Frankfurtische Contract, (& parill ratione *Regenspurgische*
obligation, *Contract* vnd *Pacht*,) die *Capitel* / so *Keyserliche* *Wia-
 jestät* / in *ihrer* *Wählung* zu der *Römische* *Rönigliche* *Krone*
Enädiglich *verwilliget hat* / nec non den *Keyserlichen* *Ar-
 ticulo* *Brteff* *vocitari* *video*. † *Nec incommodè etiam eadem* 2.
Capitulatio *dici* *posse* *Keyserliche* *Verpflichtung* / *Keyserliche*
Obligation, *Keyserliche* *Zusagung*, *Keyserlicher* *Wahl-*
Brteff / *Keyserliche* *Wahl-Articul* / *cùm omnia illa verba in*
ipsâ capitulatione *usurpentur*, & *quidem in fin. princip. §.* *Zum*
Ersten *§.* *wie wollen auch in dieser* *§.* *damit auch vnserer* *§.*
solches alles. & *§.* *deß zu* *Urkund* *extremo*. † *Latino* *Idiomate* 3.
Capitulationem *Calaream*, *Legem* *Regiam* *Germanorum*, *Legem*
Imperii *Regiam*, *Legem* *Regni*, *Legem* *Imperii* *fundamentalem* *ja-
 luberrimam* *indigitare* *amant*, *eandem* *hoc* *modo* *definientes*,
quod sit *Lex* *Germanorum* *Regia*, *vel* *Lex* *Regni*, *ant* *Lex* *Imperii*,
quâ *populi* *Germanici* *summum* *imperium*, *vel* *ut* *Arcadius* *ICtus*
loquitur *L. un. pr. D. de offic. Præs. Prator* *quâ* *regimenta* *in* *Impe-
 ratorem* *designatum* *transferuntur* *certis* *conditionibus*. † *Ira* *Dd* *fe-
 rè* *uno* *ore* *omnes*, *quos* *novissimè* *sequitur* *Cl. Linz* *zus* *com. 1.*
Jurispublici *lib. 1. c. 12. num. 13. pag. 199.* † *Verùm* *enim* *verò* *de* 5.

- probitate istius definitionis fortè quis dubitare posset, sequentibus rationibus commotus † Prima hæc esto: Dicitur Capitulatio in prædictâ definitione talis lex, per quam Imperium, & quidem summum transferatur, quod profectò adhuc controversum, immò si liberè, & ut rei veritas exposcit, candidè loqui liceat, à vero longè alienum. † Etenim per Capitulationem in Regem Romanorum, sive Imperatorem designatum non transferretur Imperium, potestas & Regimen Imperii: Illud enim eidem confert sola electio: † Quin potius potestas Regis Romanorum jam electi per Capitulationem, & quidem ex liberâ ejusdè & gratiosâ voluntate, *Nus freyen Brädtigen willen* / uti Capitulationis verba habent, restringitur, limitatur, *cerus* / conditionibus, limitibus atq; cancellis circumscribitur. † Hinc eam magis negativè, quàm affirmativè concepiam esse, nemo non ignorat, quod nec diffiretur prælaudatus Linnæus *d.l. num. 120. pag. 247.* † Unde etiam non leve suboritur dubium, *utrum Capitulatio nostra Casarea Legis Regiæ appellationis veniat?* cùm lex Regiæ propriè illa dicatur, quâ populus Principi in se omnem concedat potestatem. §. 6. *Instit. de*
11. *J. N. G. & C. l. 1. D. de constit. Princip.* † Capitulatio Casarea Electionem Regiæ Romanorum non antecedit, sed eandem subsequitur, 12. quod confirmant verba in ipsâ definitione posita: *In Imperatorè designatū.* † Faciunt huc verba ipsa Capitulationis sequentia: *Bekennen öffentlich mit diesem Brieffe, als wir aus schickung des Allmächtigen / durch die ordentliche Wahl / zu der Ehr vnd Würde des Römischen Königlichens Namens vnd Gewalt erhoben / erhöhet vnd gesetzt seyn / das wir vns demnach dieser nachfolgender Articul / Beding vnd*
3. *Pachtweise vereinigt etc.* † Sic attestatur Casparus *Ens in libell. de Election. & inaugurat. Regiæ Rom. c. 3.* Tempore Caroli V. convenisse Electores, de conditionibus ejusdem legati proponendis deliberaturos, deq; iisdem per aliquot dies æquè disputatum fuisse, ac de ipsâ electione. † Nec obstant ei, quod antea diximus, per solam nimirum Electionem transferri potestatem in Regem Romanorum, quæ noviter urget Da, D. Justus *Sinoldt* cognomento

Schütz Coll. publ. de statu Rei Romanae disp. 4. c. 1. lit. a, ubi trans-
 lationem illam potestatis non per Electionem, sed potius per vario-
 rum illorum capitulorum & conditionum acceptationem, juramentum,
 promissionem, privilegiorum, Imperii Sacrum confirmationem &
 Rege electo factam effectivè heri, seriò aaserit, quia, quòd Septem-
 vici in eligendo Rege Romanorum agant, illud non priùs ratum,
 habeatur, nec ante in effectu Rex Romanorum dici possit, quàm
 electus prædictis Capitulationis conditiones acceptaverit, easq; se-
 servaturum juratus promiserit. † Quamvis enim Viro illi Do- 15.
 ctissimo concedam, Electionem Regis Romanorum non esse omni-
 modo puram, sed prædicto modo conditionalem, nondum tamè ille,
 (quod pace ipsius dixerim,) obtinuisse mihi videtur, quòd inten-
 debat, cum hic non quæzatur, de potestate Regis Romanorum in
 actu secundo, & quoad ipsum exercitiù, sed tantùm in actu primo
 considerata, quam Regi Romanorum electione conferri,
 profectò indubium est: Et confirmat id ipsum electionis desi-
 nicio, quàm tradit disp. 2. c. 5. † Immo nec per ipsam Capitulatione 16.
 exercitiuum potestatem temper concedi certum est, quando nempe
 Rex Romanorum vivente adhuc Imperatore electus est, uti con-
 stat ex Capitul. 5. Wir sollen vnd wollen auch vns ketner
 Regierung / etc. † Secunda ratio est, quòd hæc duo simul 17.
 stare nequeant, summum scilicet Imperium in aliquem transfer-
 re, & tamen certis conditionibus illud eidem conferre. † Summum 18.
 enim Imperium, summa & absoluta potestas, quam Majestatem
 dicimus, naturâ suâ ita qualificata est, ut nullam admittat restri-
 ctionem, vel limitationem sibi adversam & contrariam, atq; ita nec
 conditiones, per quas fit illa restrictio & limitatio. † Ain fortè non 19.
 quibusvis conditionibus potestatem Principis limitatam & restri-
 ctam reddi, per ea, quæ in Semidec. præced. quæst. 1. disputavimus,
 ubi diximus, posse esse in quâdam Republicâ leges fundamentales
 Principis summa potestate sive Majestate salvâ permanentes: † Verù 20.
 respondemus, vocabulum conditionis variè accipi I. pro adjectio-
 ne quadam præter subiecti essentiam actui alicui applicâ, eumq; ob-
 incertum futuram eventum suspendente, ita, ut eâ implerâ actus va-
 leat, deficiente reddatur inutilis etc. D. de Condit. Instit. & 11. de cõ-
 ditio-

21. *ditionibus & Demonstrat.* † Notanter dico, *Præter subjecti essentialitatem*; quæ enim adjectio *actui essentialis est*, & ipsi *actui nature* inest, illo *proprie & accurate* loquendo non importat *veram conditionem*, licet vel maxime *verbis conditionalibus* efferatur. † *Exempla nobis exhibet Ulpianus in pr. l. 8. D. de vulgar. & pupill. subst. l. 3. D. de legat. 1. Hermogenianus in l. 12. D. de condit. Instiit. & Gajus in l. 107. D. de condit. & demonstrat.* † *Loquor verò hic non de conditione juris*, sed de *conditione facti*, quæ distinctio est *Juliani in l. 21. D. de cond. & demonstrat.* † *Conditio juris* namq; *locum* habet etiam *in iis*, quæ *rei natura* insunt. Licet enim ea, v.g. *à testatore* non adjiciatur, *à lege* tamen subintelligitur, & *vi ac potestate juris* inest, veluti, ut heres si suo arbitrio hereditatem adeat, sui juris sit *arg. d. l. 21. D. de C. & D. † II. pro pacto contractui & negotio adjecto, l. 1. C. de pact. inter emt. & vendit. compos. l. 6. §. ult. D. de contrab. emt. † III. Pro modo, quem Dd. dicunt futuram seu finalem, causam l. 108. D. de condit. & demonstrat.* † *Alios conditionis significatus sicco prorsus pede prætereo.* † *Ad præsentem controversiam posteriores duz, voculæ istius, acceptiones spectant, & cõprimis ea, quæ secundum & medium tenet locum, nec non per vocem conditionis pactum contractui & negotio adjectum intellectum vult.* † *Et quidem hoc loco per conditionem denotatur non tale pactum, quod à Dd. informans dicitur, & quod est nature & non conditionis, sed quod electionis negotium, & consequenter potestatem Imperatoris designari alterat, restringit, & limitat.* † *Quo intuitu etiam Limæus, prædictæ definitionis defensor, statum Reipublica nostra minime Monarchicum, sed mixtum esse asserit, in tantum, ut vel Aristocratie in mixturâ illâ prærogativam concedat lib. 1. Juris publ. cap. 10. num. 12. & num. 42. & seqq. † Vt proinde nullum certè nobis ponant obicem, quæ in præcedenti semidecade attulimus.* † *Hæc verò sunt, quæ in definitione Capitulationis vulgatæ desideramus.* † *Ea propter videtur capitulatio illa Casarea ita potius definienda, quod sit lex Imperii Romano-Germanici fundamenta alia, de certâ ejusdem administrationis variis ibi conditionibus limitata & temperata normâ strictim observanda, à Septe Vitorum Electorum Collegio, omnium Imperii status nomine, novo Regi Romanorum pro conservando Imperii statu, autoritate saluteq; publ.*

publica lata & prescripta, & ab eodem recepta, approbata, jurata & sua promissione confirmata ac corroborata. † Generis loco Legem Imperii fundamentalem pono, ob rationes in semidec. quinta quest. 1. adductas. † Et quidni? Capitulationis enim cetera est omnium Legum fundamentalium Nobilissima, earum nucleus, nucleusque; aheneus ac munimentum firmissimum, quo ceterarum consecratur vis & autoritas. † Differentia specifica subnequitur in verbis subsequentiis. Ut verò res fiat evidentior, definitionem jam propositam per causas resolvemus, quae velut caput bonae spei sunt, quod nos ducat ad Triumfales illas terras, i. e. in ipsius rei naturam & quidditatem: Sine causis namque tam stultè credimus, quam arroganter profitemur, uti signanter scribit Subtilissimus Scaliger. † Causae quae sunt, & vel internae, vel externae: Internae, materia & forma: Externae, efficiens & finis. † Materia in definitione substantiarum generis: Forma differentia specifica vicem sustinet. † Accidentia autem pro genere formam, pro differentia verò specificam, materiam agnoscunt, & praeter illas causas internas, externarum quoque, causarum adjectionem non respuunt; immò exposcunt; cum ab illis dependeat accidentium illorum essentia: Vide sis omnino Zabarellam lib. 4. cap. 14. de Method. † Causam formalem exhibent verba illa, Lex Imperii fundamentalis. † Causam materialem hæc: De certa administratione variis conditionibus limitata norma. Stricte observanda, novo Regi Romanorum lata & prescripta. † Quibus verbis continetur materia circa quam; materia in qua. † Illa est Reipublica nostra administratio, ejusdemque, certa norma & modus: Hæc Rex Romanorum vel Imperator designatus est, qui se non activè, sed passivè habet ad Legem illam Imperii fundamentalis, ut materia ad suam formam. Spectant huc quoque definitionis verba extrema: Et ab eodem recepta, jurata &, promissione confirmata. Causa efficiens capitulationis vel est Remota vel proxima: Illam dicimus totum Imperium, ejusque, ordines universos, Electores scilicet, Principes Comitibus, &c. Hæc vero est Serenissimorum Electorum Collegium illustrissimum, praeditos Ordines in hoc electionis actu representans. Quae omnia aliquando proponemus & deducemus dilucidius, de Rege Romanorum nec non de Electoribus, eorundemque origine, juribus atque, privilegiis seorsim acturi. † Causa finalis constituitur ea-

pitulationis Czlarcz est publica Imperii salus, ejusdem status & autoritatis conservatio. † Et sic vidimus, quid sit Capitulatio? Restat.

- 46 nunc, ut quoque; appellationis ratione paucis exponamus. † Hanc per verò omnino optimè monstrat Magnus Hordlederus lib. 3. c. 9. p. 664 von den Dhrsachen des Teutschen Krigeo. Vbi in notis ad litteras Ulrici Ducis Württembergici in hæc erumpit verba: *Est autem notatu dignum, quod Ulricus noster ait, auch die Capitul/so Keyf. Kraj. in Dhrer Wehlung zu der Röm. Röm. Kron gnädiglich verwilliget hat; etc. quia perspicue ostendit, ab iis, quibus constat, Capitulis variis, dictam esse Capitulationem Cesaream, uti aliquando monui in disputatione quadam privata, quam Goldastus postea in partem 12. ac 31. suorum politicorum Imperialiū assumpsit. Unde etiam id nomen, ei non peculiare, sed communitate est, cum multis aliis id genus legibus ac factis, Capitali, vel (ut populariùs loquer) articulos varios in se continentibus. Ut cum Capitularibus & Capitalibus Caroli Magni, etq. aliorum variorum Imp. qua Goldast. exhibet consist. Imp. tom. 2. & 3. capitulis Conradi 2. feud. tit. 11. Capitulatione sequestrationis Ducatus Brunsvicensis, Capitulatione de ditione Ulrici Württembergici, Hassiæ, Landgraviæ, Capitulatione captivitate Electoris Saxonie, &c. quas legendas præ-*
- 47 *betis nostri operis pars ea, qua est de ipso bello Germanico. † Hæc ille quem Neoterici hodiè sequuntur omnes, Dn. D. Carpz. comment. in Legem Reg. c. 1. sect. 4. Dn. Justus Sinolt. cognomento Schätz. Colleg. publ. de stat. Rei Rom. disp. 4. rb. 1. lit. A. pag. 163.*
- 48 *Da Limæus, d. lib. 1. c. 12. num. 1. & seqq. † Qui simul aptè præmemoratis capitulationibus Wittenbergenfens, cujus sit mentio in R. J. Erfurt. de anno 1567. & darauff zu unterschiedlichen*
- 49 *& S. wenn denn, adjungit. † Sic referretur capitulatio cum Turcâ facta in Recessu Imperii Ratisp. de anno 1594. §. die well aber*
- 50 *vermeldte &c. † Quod autè Capitull vocabulum spectat, illud non tantùm locum, ubi Canonici congregantur, & Ipsum Canoniorum collegium, sed & parvum caput & membrum ac particulam totius denotat: Immo non desunt, qui Capitulum pro lege sumi voluunt in l. 28. §. 5. C. de administrat. tutor. Ita etiam Justinianus Imperator*

perator *Nova Constitucionis Capitulum* clariori interpretatione se sancivisse affirmat *l. a. princip. C. de bonis qua liberis, & diversa capitulis* se derogasse idem dicit *l. ult. §. fin. C. de jure de liber. Capitulorum illorum, quibus capitulatio constat*, hanc summam esse dicit Henricus *Wölfler de Regis Rom. Electi. concil. 29. lit. C. † Leges Latas se custodiscurum, novae inconsultis Electoribus non laturum, publica publico consilio curaturum: nil alienaturum, oppignoratumve ex eis, qua ad Imperium pertinent. † Aliter Capitulationis membra recenset Dn. D. Carpov. quod scilicet ea respiciat vel *Ecclesia & Pontificii Romani defensionem: vel Bellū, vel Conventus: vel Confederationes: Vel bona & Jura Imperii, vel vestigalia: vel jura administrationem vel officia Illustria & rescripta: vel electionem Imperatoris & inter regnum d. comment. c. 1. sect. 16. n. 23.**

QUÆSTIO II.

Quo tempore Capitulatio ceperit?

† Non minor circa *nasales Legis Regis Germanorum*, quam circa *primam Legem Romanorum originem*, inter Dd. constitutus est. † Exemplum hic nobis ante oculos ponitur veri illius diverbii: † *Quot sunt capita, tot solent esse sensus humanorum: Quod eleganter & ingeniose hisce versiculis exprimit Taubmanus, Witeberga quondam sua docuit:*

Cuius sum caput est, ut pileus: approbat Hermes,

Imprecbat Hermogenes, nec voto vivitur uno.

† Quidam ad *Caroli Magni, quem Imperatorē Romano-Germanorum primū vulgō dicunt, etatem prima Capitulationis Casarica insinabula referunt*, cum quibus transe Cl. Limæus tom. 1. Jur. publ. d. lib. 1. cap. 12. n. 17. pag. 201. ubi scribit, se nescire, quā fascinatione aliquando irretitus, aliam quā nunc propugnaverit sententiam. † *Profundamento ponit juramentum à Carolo Magno olim prestitum & convenientiam ac consensum plane amicis, qui inter ejus jurisjurandis capitulationis Casaricæ descriptionē conspiciatur. † Negat insuper ille, Capitulationis substantiam, formam & esse in eo consistere, ut Legi Regiè aliquid destrabat, prout ita videtur Acuzo. † Alii magis Hortederi vestigiis insistentibus Capitulationem Casaricam sub turbulento Henrici IV. decimi Octavi*

Romano-

- Romano-Germanici Imperatoris, qui regnare capit anno salutis nostrae 1057. Imperionatam primitus, postmodum verò successivo temporis tractu & maxime Caroli Quarti tempore, quo & dignitas Electoralis in signe incrementum acceperit, & miris modis stabilita fuerit, magis magisque auctam fuisse asserunt, donec in eam, qua hodie in usu est, amplitudinem excreverit. † Alii tempore Conrad. I. Romano-Germanorum Imperatoris decimi, qui regnare cepit anno Christi 913. Capitulatione Casariam [scilicet & Regnū simul Electivū] introducit, & deinde tēporib⁹ iusequentiū Imperatorū amplitatē existimāt, inter quos princeps est Arumēns noster vol. 4. Jur. pub. discurs. quar- to, in cuius castra etiā descendit Dn. Carpz. d. comment. sect. 8. n. 40. & seqq. Dn. D. Justus Sinoldt cognomento Schütz, d. Coll. publ. 16.*
8. *† Ratio assertis præcipua hæc perhibetur, quod Conradus. I. primus sit, qui stirpe Carolinā in Ludovico Arnolphi filio extinctā comprimis ex consilio Oeroni Saxoniae Ducis fascēs Imperatorios sibi oblatos singulari modestiā declinantis Imperator electus fuerit, & quidem sub certā pactione ac lege, ut Conradus quidem imperator salutaretur, si septemq; teneret, summa tamen re- rum gerendarum administratio penes Ottonem esset, teste Cuspini- ano in vita Conradi: † Hanc pactionem uti in Electione Conradi mutuo consensu & per modum conventionis natam, in Imperio receptam & confirmatam, ita & subsequentes Imperatores sub eā- dem lege ad soliam Imperiale admissos fuisse, probabile esse.*
9. *† Hinc Conrado Henrico Auiceps, Ottonis filius, non testamento, sed commendatione ejus per electionem successit, & certè non aliā conditione Imperiū, quā quā antecessor ejus id habuit, accepisse præsumitur † Sic constat ex historiā Imperatorū Germanorum, quod Ordines & Status Imperii, non attentā etiam Lega- ti pontificii contraditione, Henrico. II. certas condiciones præscripserint, quarum una, ne Episcopatum vel prece, vel precio corruptus concederet, sed ut Ecclesie electionem liberam permitteret:*
10. *† Altera verò erat, ut eligendi Casaru potestatem Ordinibus concedens, dignitatem Imperii minime faceret hereditariam, Bruno in Histor. belli Saxon. † Conditionibus verò hisce & aliis novis Capitulationibus inferendis non modò alliciens priorum Imperatorum*
- ratorum*

ratorum, & nimii dominationis abusus, sed & Inter regnum, quod per
 electionem discordem Richardi, Regis Angliæ filii, & Alfonsi Regis
 Hispaniæ, per annos septendecim duravit, non minimam dedere
 ansam. Hisce scilicet postrema innititur sententia fundamentum.
 † Verum enim verò mihi quidem primò omnium verus et genui- 15.
 nus propostæ quæstionis sensus, controversiæq; status enodandus &
 determinandus esse videtur. † Quod ipsum cum hætenus 16.
 non probè attentum fuerit, hinc tot variantes & discrepan-
 tes opiniones subortæ esse videmus. † Sciendum itaq; est, 17.
 voce Capitulationis subintelligi vel in genere omnem eam Le-
 gem Imperii fundamentalem, qua præter id, quod officii Regii vel
 Imperatorii ratio perse efflagitat, nihil quicquam aliud exigit, nec
 majestati aliquid detrahit, sive jurata sit, sive non, vel in specie
 Capitulationem Casarem sive Imperatorum Romano-Germano-
 rum propriam. † Si quæstio nostra exaudiat de Capitulatione, 18.
 in priori sensu sumptâ, intrepidè statuo, ejus originem non modò ad
 Caroli Magni, sed & ad longè anteriora tempora referendam esse.
 Hujuscemodi juramento confirmatæ Legis sive Capitulationis
 vestigium extat in jure Saxonico lib. 3. Land Recht articulo 5. ubi:
 † Als man den König wehlet / so sol er dem Reich Hulde 19.
 thun vnd Schewen / daß er die Wahrheit sagen will / vnd
 alles Unrecht brechen / vnd daß er des Reichs Berechtigleit
 beschirmen wolle / als best er Könne oder mag. † Talem 20.
 quoq; promissionem vel ab ipsi Imperatoribus Romanis Augusto
 & Trajano factam fuisse Svetonius in vitâ eorundem nec non
 Plinius in panegy. ad Trajanum testis est. † Ita salvam, ibidem 21.
 inquit Imperator Augustus, ac sospitem Rempublicam sistere in suâ
 sede liceat, atq; ejus rei fructum percipere, quam peso, ut optimi sta-
 tus auctor dicar & moriens, ut firmam mecum spem; mansura in ve-
 stigio suo fundamenta Republicæ, qua jecero. † Et quid multis? Ca- 22.
 pitulationum enim hoc modo consideratarum usus vel ab antiquissi-
 mis temporibus deduci poterit, cum negari nequeat, etiam in Re-
 publicâ Hebræorum, inter populum & Reges tales Regni leges existi-
 tisse, sub quibus primùm, tanquam mutuo, & ultrò citroq; convenit
 pactis.

ELECTORVM IVRISPVBLICI

90.
 23. *partiu accenditionibus potestas fuit delata. † Fidem hujus rei faciunt plurima loca biblica, quæ extant 2. Reg. 11. v. 17. 2. Sam. 5. v. 3. 2. Chron. 23. v. 3. & v. 16: 2. Chron. 15. v. 12. & seqq. & cap. 34. v. 31. &*
 24. *32. Deut. 17. v. 15. & seqq. † Ex quibus apparet, factum inter Magistratum & populum in Electionis actu inirum, & obligationem mutuam contractam, certasq; leges, statuta, ritus &*
 25. *conditiones Regi futuro præbuit fuisse. † Immo si credimus Wilhelmo Schickhardo, nec status Regi iudaici absolute Monarchicus, sed cum Aristocratico mixtus fuit. † Habebant enim, inquit ille de jure Regio theor. 2. pag. 7: Hierosolymis præter Regem Sexatum quoq; magnum, unius & septuaginta Virorum, sine cuius assensu Rex in gravioribus causis nihil poterat decernere. † Rex bina legum exemplaria describere tenebatur, secundum præscriptum præcepti divini, quod extat Deutr. 17. v. 18: Alterumq; semper secum ferre obstrictus erat, ut indiesuenter legeret, omniaq; menti altius imprimeret, quod sanè unicuique erat, & præcipuum Regis studium, sua Grammatica, sua Philosophia, suum Corpus Juris, sua omnium sapientia pandecta, uti loquitur Schickhard. theorem. 5. † Tria verò cum primis Regi præscripta erant, ad quorum observantiam adstrictus vivebat. I. Ne multiplicaret sibi uxores, ne declinaret cor ejus Deut. 17. v. 17. Quod certè sapientissimo mortalium Salamoni contigisse constat, ut in gratiam exoticarum mulierum Idoli Astaroth, Camos & Mierom columnas & altaria edificaret, quæ Josias destruxit. 1. Reg. 11. v. 1. 2. Reg. 23. v. 13. † Notant tamen Rabini, licet Regi tot uxores, quot placebant, ducere haur liceret, licuisse tamen eidem octodecim assumere conjuges, modò illa è populo Dei, non verò extraneis gentibus fuerint electi. Deut. 7. v. 3. † Rabini maximè provocant hoc in genere ad antiquissimam translationem Legum Chaldaicam, quæ ipsis ad stipulatur 31 Urgent exemplum Davidis, qui mulieres octodecim habuerit, quarum sex expressæ essent 2. Sam. 5. v. 13. Duodecim verò concessæ intelligantur sub raperis a voce: Quot illæ: Quot illæ: Vel Sicut illæ: Sicut illæ: Quæ verba extate volunt, 2. Sam. 12. v. 8. ubi dicitur Davidi, sex uxores jam habentis: Si parum est, ad junctum tibi sicut illæ, sicut illæ: hoc est, bis toridem alias: † II. Injunctum fuit Regi, ne equos superfluos ad Pompam aleret: III. Ne opes quidem*
 26. *de jure Regio theor. 2. pag. 7: Hierosolymis præter Regem Sexatum quoq; magnum, unius & septuaginta Virorum, sine cuius assensu Rex in gravioribus causis nihil poterat decernere. † Rex bina legum exemplaria describere tenebatur, secundum præscriptum præcepti divini, quod extat Deutr. 17. v. 18: Alterumq; semper secum ferre obstrictus erat, ut indiesuenter legeret, omniaq; menti altius imprimeret, quod sanè unicuique erat, & præcipuum Regis studium, sua Grammatica, sua Philosophia, suum Corpus Juris, sua omnium sapientia pandecta, uti loquitur Schickhard. theorem. 5. † Tria verò cum primis Regi præscripta erant, ad quorum observantiam adstrictus vivebat. I. Ne multiplicaret sibi uxores, ne declinaret cor ejus Deut. 17. v. 17. Quod certè sapientissimo mortalium Salamoni contigisse constat, ut in gratiam exoticarum mulierum Idoli Astaroth, Camos & Mierom columnas & altaria edificaret, quæ Josias destruxit. 1. Reg. 11. v. 1. 2. Reg. 23. v. 13. † Notant tamen Rabini, licet Regi tot uxores, quot placebant, ducere haur liceret, licuisse tamen eidem octodecim assumere conjuges, modò illa è populo Dei, non verò extraneis gentibus fuerint electi. Deut. 7. v. 3. † Rabini maximè provocant hoc in genere ad antiquissimam translationem Legum Chaldaicam, quæ ipsis ad stipulatur 31 Urgent exemplum Davidis, qui mulieres octodecim habuerit, quarum sex expressæ essent 2. Sam. 5. v. 13. Duodecim verò concessæ intelligantur sub raperis a voce: Quot illæ: Quot illæ: Vel Sicut illæ: Sicut illæ: Quæ verba extate volunt, 2. Sam. 12. v. 8. ubi dicitur Davidi, sex uxores jam habentis: Si parum est, ad junctum tibi sicut illæ, sicut illæ: hoc est, bis toridem alias: † II. Injunctum fuit Regi, ne equos superfluos ad Pompam aleret: III. Ne opes quidem*
 27. *privæ:*

privatas augmentaret. † Mirum quidem auditu idipsum
 apparet, cum Politicorum sit principium, *opes subditorum* 14.
Regis ibi aurum, ejusdemq; potentiam divitiarum novo cor-
roborandam esse. Cur igitur, *quavis forte, jubetur Rex abstinere* 35.
nere auricupio? † Audi, quæso, *Deus Ter Optimus Ter Maximus*
nō simpliciter damnabat auricollectionē, sed tantūm prohibebat, 36.
ne Rex argentum & aurum VALDE SIBI multiplicaret, uti ha-
bent verba Dent 17. v. 17. † Ratio hujus præcepti duplex erat, 37.
& altera quidē, ne Rex in solefceret, & animus cum crumena surgeret:
Altera, ne subditos exactionibus multaret. † Ut lummatim dicam, 38.
privatarum tantūm, quæ ad fælum & cum subditorum dispendio
sit, minimè vero publicam opum collectionem, publiciq; ararii vel fisci
augmentationem Divina Maiestas inbibebat. † Cæterū pecunias 39.
publicas annuatim contributas in templo sub fidei manu ad
futuros usus custoditas, novimus. † Quæ cum ita sint, non vi- 40.
 deo, quid causæ fuerit, cur Schickardus *theorem. ii.* hunc in mo-
 dum scripserit: *Ute Deus ubiq; mirabilis est, ita hic quoq; Regem su-*
um voluit esse paradoxum. † Hicce tribus Regi præscriptis legibus non 41.
 immeritò & hac quarta annectitur, *quæ subditos humaniter, ut fra-*
tres, regere jubet atq; & ne cor suum elevaret supra fratres, sed potius
eos ut liberos homines liberaliter, quàm ut servos serviliter tracta-
ret, Dent. 17. v. 0. † Quod certe præceptum dignum est, ut au- 42.
 reis *litteris omnium Regum & Principum conclavibus* exaretur ac
 consignetur, & iisdem sedulo curæ cordiq; sit: † Ita enim *bene-* 43.
volentiam populi & amorem ejusdem, propugnacula illa quævis
 arce fortiora, satellites illos fidelissimos, mœnia firmissima, &
 turrim tutissimā, in quâ securissimè Princeps residet, facile sibi 44.
 conciliabunt. † *Non sic ex cubia, nec circūstātia tela, quàm tutatur A-*
MOR, ut poetæ canit, in hoc minimè poetæ. Verba sūt sæpius laudati
 Schickhardi *de jur. Reg. Hebræ. c. 4. theor. 12. pag. 57.* † Sed hæc in *reg-* 45.
de, & attrigisse, immò *retulisse,* tantūm sufficiat. *Ea enim exami-*
nanda, ventilanda, & dijudicanda aliis, ad quos proximè perti-
nēt, relinquim; ne forte occinatur nobis illud, Sus minervā. † Nunc 46.
 unde abivimus, eò iterū nobis redeandū, & quidē *indagatā ac*
perspectā Capiulationū in genere ac priori modo accepta origine, de

- Capitulationis Romano Germanicæ Cæsareæ ortu & Principio
47. agendū erit. † Neceæ verò *uniformiter, sed dupliciter* hîc cōsiderari poterit, vel ratione *conditionum*, ex quibus illa constituitur, vel ratione *eorum quorū auctoritate constituitur*. † Si per *conditiones* intelligantur *salva p̄ctia, quæ Majestatem non imminuunt, sed salvâ eadē, mediante Capitulatione Cæsareâ Regi Romanorum præscribuntur, dixerim ego; sensum quæstionis alienum effici, nec*
49. *naturæ Capitulationis convenientem*. † Si verò per *conditiones hujusmodi p̄ctia exaudiamus, quæ Majestatem imminuunt, adq; eas Capitulationem Cæsaream restringamus, uti profectō restringenda est, nec non à plerisq; Dd. eandem eò restringam videmus, eo casu utrumque distingvi possit, inter eam, quæ olim ab universis Imperii Ordinibus proponebatur, & inter illam, quæ*
50. *hodie à Septemviris Regi Romanorum præscribitur*. † Sed neq; *priori* neq; *posteriori* modo consideratæ Capitulationis natales ad Caroli Magni, vel etiã ad Cōradi I *etatem* referri posse existimo. † Pro
51. *cujus rei accuratiori interpretamento notari velim*. † I. *Quæ*
52. *hic de Capitulatione Cæsareâ sive Imperatorum Germanorum vel possius Romano Germanorum: Hinc eandem quoq; Legem Regiam Germanorum appellitari videmus*. † II. *Germaniam sub Caroli Magni etiam imperio, ejusdemq; successoribus mansisse Republicanā liberā, & ab Imperio Romano distinctā, tandemq; in Ottone Magno Imperatorium nomen Cæsareumq; titulū Germanis fuisse communicatam*. † Ante illa vetō tempora Ottonis Antecessores nō aliter, quã
55. *Roges Francorū Germaniæ præfuisse*, † Hinc ipse Carolus Magnus jam Cæsar electus & coronatus titulos regni Francorum & Langobardorum à Cæsareo titulo sedulo & serido distinxit,
56. *dum testamentum suum hisce verbis exordiebatur: Imperator*
57. *Cæsar Carolus Rex Francorum, & Romani tutor Imperii*. † Idem patet ex *atularū verbis initialibus, quibus Osnabrugensem Episcopatum instituit, quibus de vidē Crantz. lib. 1. Metrop. cap. 51.* † III. *Es*
58. *propter neq; Carolum Magnum neq; Ludovicum filium, neq; Lotharium, neq; Ludovicum II. neq; Carolemannum, vel Carolum Calvum, vel Ludovicum III. Carolum Crasum; Arnolpbum, Ludovicū*

Quartum, neq; Conradum I. & Henricum. I. Syllabo Imperatorum Romano-Germanorum rectè inseri, quod tamen vulgè & communiter fieri notum est, quo intuisu & nos Conradum Decimum, Henricum IV. decimum octavum Imperatorem Romano-Germanicum diximus. † IV. Dubium adhuc esse, Verù 59
Carolus Magnus juramentum prestiterit, cum alicujus sacramenti Casares nec apud Anastasium, nec apud alium fide dignum historicum antiquum mentio fiat: Quin potius certo certius est, ex liberri-
mâ prorsus voluntate Carolo nec opitanti titulum Casarem, cum plenariâ & absolutâ potestate oblatum, eundemq; in ipsis feriis Natalitiis, ab omnibus & Universis Fidelibus Romanis, absq; omni
praviâ conditione Imperatorem electum & constitutum fuisse, 60
teste Anastasio in vitâ Leonis. † Postquam verò in Carolum Imperatoria dignitas translata fuerit, jurè hereditario ad eundem &
successores illa pertinuisse videtur. † Hinc Carolus nullo consulto Ludovicum filium imperialis nominis sibi consortem fecit, attestantibus Annalibus, de quo etiam tùm ipse, tùm filius ejus Ludovicus, non secus ac de re suâ testamenta condi-
derunt. Eginhartus in vitâ Caroli Magni. † Et licet etiam pone- 61
remus, Carolum jurasse, nondum tamen probatum esset, eo jure jurando ad tales condiciones, de quibus hinc nobis sermo est, se assin-
xisse: Illud omne repugnat veritati historice. Neq; diffidetur ipse Limnuzus quod imperium in Caroli Magni personâ in ca-
perit esse hereditarium, nec lex Regis ac potestas summa Imperatorum in eodem immutata fuerit, sed potius populus non minus in ip-
sium, ac in antecessores suos omnem absolutam potestatem transfule-
rit, Aven. lib. 4. Ann. al. † Quod verò Dr. Limnuzus re- 62
gerat, eo ipso tamen nihilominus monstrari, populum Regi non juranti noluisse fasces concedere, sed hoc ipso in negotio potestatem suam exercere, sumq; jurantem audire voluisse, per quem ipse jurarent, uti loquuntur Attalaricus Rex Gothus apud Goldastum, id profectò vacillat, & nihil ad rem facere videtur.
† Etenim populus in omni electionis actu exercet potestatem 63
suam; Nemo tamen exinde omni electionis actui Capitulationem

- nem talem, qualem hinc intellectam volumus, subesse affirmabit. † Toto caelo à se invicem differunt, *juramentum in augurationis actu praestari solitum, & Capitulatio Caesarea.* † V. Nec tempore Conradi I. Imperatoris cepisse *Imperium Electivum*, sed demum post Henricum V. sine liberis mortuum triplici actu continuato, nimirum electione Lotharii II. Conradi III. & Friderici I. Barbarossæ. † Ut enim retrò etià aliquando confusa extiterit Procerum Imperii electio, & quidem tempore Henrici II. Conradi II. Henrici III. & Henrici IV. qui Patri Henrico II. puer septennis successit sub tutelâ matris & Conradi Svevi: Ab illâ tamen ad distinctam Electionem, & quæ ab eâ dependet, Capitulationem Caesaream inferri nequit. † VI. Porrò nec omne Regnum Electivum illicdè præsupponere *tales condiciones, de quibus nunc loquimur*, quod tanquam certum nullâ probatione indigere reor. † Confer omnino Viros Cl. Dn. D. Covringium *lib. de Germanorum Imperio Romano, & Arnisæum de Republ. lib. 2. sect. 5.* ad quos lectorem brevitatis causa remitto.
70. † Hoc verò concessio, concedatur simul necesse est, *potuisse etiam nostrû regnû electivû esse, quâvis et alè legè fundamentalè nò agnoverit.*
71. † Minus rectè igitur à regno electivo ad originem Capitulationis Caesareae illatio fieri videtur. † Quæ omnia si quis probè secum pensulaverit, nullus hæreo, fore, ut utraq; manu *nostra* subscribat
73. *sententia.* † Sed quod tandem Capitulationis Caesareae, sive legis Regiæ
74. *Germanorum initium?* † Annon Henrici IV. Imperatoris regimini
75. *illud adscribendum erit?* † Hæc equidem conjectura reli-
76. quis videtur plausibilior. † Quicquid verò sit, malo tamen in hæc opinionum varietate & incertitudine Capitulationis nostræ Cæsareæ viros, superius expresso modo acceptæ primariam originem & nativitatem insensili, longæva & inveteratæ consuetudini in acceptis referre, quàm hinc certum aliquod tempus, de quo
77. & apud Historicos alium est silentium, exprimere. † Id verò lubens largior, Capitulationis Caesareæ usum, tempore Caroli IV. & subsequentium Imperatorum, & cum primis Caroli V. Ferdinandi I. ac reliquorum splendescere incepisse, postquam scilicet Serenissimorum Septemvirorum dignitas & potestas incrementum sumpserat, nominis

Pontificii terror in Germaniâ desierat, mutatioq. Religionis subsequuta fuerat. Abrumpere cogor.

Quæst. III.

An Capitulatio Cæsarea juri divino
contraria sit?

† Pro affirmativâ duplex militat ratio. 1. Prima delumi poterit ex Capitulationis sive Compensationis (Goldasti vox est) s. zum Erstén 1. ubi Rex Romanorum ad defensionem Pontifici ac Sedi Romanae obligatur, in his verbis: † *Das wir in zelt solcher Keyserl. Wården/Ambe vnd Regierung die Christenheit vnd den Stuel zu Rom/ auch Päpstliche Heiligkeit/ vnd die Christliche Kirche/ als derselben Advocat in guten s. sicherlichen Schutz vnd Schirm halten/ &c.* † Quæ defensio certè & juri divino & juri nostro Imperiali, Transactioni nimirum Passaviensi repugnare videtur. † Juri divino: Quia vi dogmatis Lutheranorum Theologorum de Pontifici Antichristianismo in hoc Capitulationis articulo ad tuitionem & Patrocinium Ecclesia Antichristiana, ipsiusq. Antichristi Rex Romanorum obstringitur, cum tamen eundem non Antichristi Advocatum, defensorem & Patronū, sed potiùs hostē, inimicū, totiusq. Ecclesia Antichristiana dissipatorē & persecutorem esse oporteat. † Transactioni Passaviensi idèò obviare dicitur jurata illa Regia Rom: de Pontifice defendendo promissio, quod per eandem Religionis Augustana perm. s. o. & liberum ejusdem exercitium, si non profus tollatur, ad minimum tamen infirmetur, & controversum efficiatur, cum Pontifex Romanus dies noctesque, totalem ejusdem exercitii exstirpationem meditetur. † Hisce de causis Electorum secularium Evangelicorum nomine *pradieto* §. 1. Capitul. Cæsarea Solennissimam quand. in protestationē inserri conspicimus & quidē hisce verbis conceptam: † *Gleichwol so viel diesen auch den nachfolgenden achtz. hend. in Articuln/ gegenwärtiger Obligation, versey: das sollen vnd wollen wir mit dem Churfürsten/ belangend/*

- gend/haben vorgemeldte vnserer liebe Oheim/beeide Churfürsten zu Sachsen vnd Brandenburg sich außtrücklich dagegen erkläret/ was selbst von dem Stuel zu Rom/ auch der Päbstl. Heiligkeit bevmeldung geschicht/ daß ihre R. R. darein nicht willigen / noch vns damit verbundert haben wollen. † *Alteram & secundam rationem, quæ affirmatiua sententiæ uelificatur, suppeditare uidetur cap. 8. lib. 1. Sam. ubi describitur ius Israëlitarum Regiū, quod conuenire cum Lege Regiā. immo cum iis, quæ Cesaris esse dicuntur Mat. 22. quidam asserunt. † Certum uero est, quod Capitulatio Cesarea cum iure illo*
10. *Regio minūs conueniat, sed potius potestas Imperatoris per eandē*
 11. *limitata, multis modis ab eodem differat. † Ea uero, quæ Cesaris sunt, limitare, restringere, uel prorsus tollere, & eidem denegare, piaculum profecto & grande nefas est. † Verū enim uero falsa res est, nec hæc tanti æstimamus, ut nobilissime iibi legi fundamentali, impietatis maculam aspergi & iuri patiamur. † Ut enim à posteriori dubitandi ratione incipiamus, euectius jam *Semidec. 3. quest. 2. in allegato propheta textu, non defini & describi uerum Regiū ius. † Nobiscum consentire uidemus Hugonem Grotium lib. 1. de jur. bell. & pac. c. 4. Ubi scribit, in dicto loco neg, uerum ius, neg, nudum factum indicari, sed tale, quod effectum aliquem iuris habeat, i. e. non resistendi obligationem. Ideo ibidem ad dñs, populum pressum istū injuriis, Dei opem imploraturum, quia scilicet humanæ remedia nulla exstarent. † Sic ergo, inquit ille, hoc ius uocatur, quomodo præter ius reddere dicitur, etiam cum iniquè discernit,**
 16. *l. pen. D. de 7. & 7. † Quod tamen, utrum huc quæderet, jam non disputo. Hoc tantū addo, quod Tremellius & Junius lingua Hebraica interpretes peritissimi uocabulum Mispbat non per ius, sed per rationem expresserint. † Atq; sic prius opinionis affirmatiua fundamentum autoritati Capitulatiōis Cesareæ nihil*
 17. *quicquam officit. † Posterius plus primā fronte roboris & ponderis habere uidetur, maximè apud Lusitanos, qui si Christiani esse uolunt, Papam pro Anti Christo habere debent ex mente Lutheri alicubi ita dicentis: hnd wer ein Christ sein will, dee*
 18. *lasse*

Lasse sich vor den verfluchten Antichrist vnd solchen Secten
 verwarnen. † Hinc in re prolixi sunt Dillingenses *composi.* 19.
pac. c. 11. n. 149. & 150. ubi scribere non erubescunt, Lutheranos
Papam AntiChristum vocantes, non posse non Imperatorem in simul
Advocatum AntiChristi efficere. † Nec hic spectandum & atten- 20.
tendum esse volunt. quod Electores Seculares Protestantes in hunc
Capitulationis articulum non consenserint, neq; ad illum Casarem ob-
ligatum velint, cum ad obligationem ipsiusmet jurantis expressa vo-
luntas, & promissio ab Ecclesiasticis Electoribus acceptata sufficiat.
 † Pro hisce removendis dubiis responderi poterit distingven- 21.
 dum hic esse, i. inter Pontificem & AntiChristum, & ut animarum
 pastorem Ecclesie, Christiana Romana Episcopum consideratum.
 † 2. Inter defensionem Pontificis absolute, simpliciter & indistin- 22.
 ctam, & inter defensionem, certo modo restrictam ac limita-
 ram. † Quibus præmissis dicimus, Imperatorem non esse de- 23.
 fensorem Pontificis, ut AntiChristi, neq; etiam simpliciter & indistin-
 ctè ad defensionem Pontificis obstringi, sed quatenus ille consi-
 deratur, ut animarum pastor Christianus, Ecclesia Christiane Roma-
 na Episcopus, quatenus etiam defensio illa Pontificis ob vim injustam
 eidem illatam inhi tuitur, nec vergit in præjudicium eorum, qui sunt
 in Ecclesia, sive membrà Ecclesia Christiana, sed potius contra eos,
 qui extra eandem vivunt, e. g. contra Turcam exercetur, nec tran-
 quillitatem publicam interturbat, vel pacem tum religiosam, tum pro- 24.
 phanam advertatur. † Paucis; quasenus eandem admittit Christia-
 na libertas, pax, justitia & concordia Imperii statuum publica, cog, si-
 ne suscipitur, ut sit maneatq; Ecclesia Christiana. † Immo uno ver- 25.
 bo, quasenus illa defensio Imperatori & naturaliter & moraliter
 possibilia est. † Et ita ipsum Carolum Magnum Leoni III. Ponti- 26.
 fici Romano jurasse, ipsi Dillingenses referunt. d. c. 11. v. 121. Quod
 tamen juramentum paulò ante in dubium vocavimus. † Hisce, 27.
 quæ jam diximus, lucem afferunt. I. Capitulationis Casarez §.
 1. 1b: Die Christenheit/ die Christliche Kirche / also dersel-
 ben Advocat. Darzu insonderheit in dem Heiligen Reich
 Frieden/ Rechte vnd Einigkeit pflanzē † Et §. 2. 1b: Wir sol-
 len vnd wollen auch / sonderlich die vorgemelte güldene

- Bull/den Frieden in Religion-vnd prophanfachen/ auch den Landfrieden/sambt der Handhabung desselben/so auff jungst zuflugspurg ins 5. Jahr gehaltenē Reichstag auff gerichtet/angenommē/verabschidet/verbessert etc. Steer vñ fest halten/handhaben/vñ darwieder nemand beschwerē/
28. oder durch andere beschwerē lassen etc. † & s. 3. ibi: vnd in allewege Sollen vnd wollen wir/Daß Heilige Römische Reich/ vnd dessen Stände bey ihren Hohheiten/Würden vnd Berechtigkeiten/Wacht vnd Gewalt/ jeden nach seinen Stand vnd wesen bleiben lassen etc. ¶ II. Theologorum nostrorum
29. alterum, quo Papatum non omnimodò ab Ecclesia Christi sequestrant, sed certo respectu sub papatu veram quoq; Christianitatem, Ecclesiāq; fundamentum, quod Christus est, adesse statuunt; nec tunc omnem auctoritatem Ecclesie & sedi Romanæ, ejuq; administratores profus denegatam volunt. † Vide omnino Du D. Henricum Höpfnerum p. m. in Saxon. Evangel. part. 2 c. 1. sect. 2. & plur. Reverend. Dn. D. Hülsemannū, Professorem Theologum Wittebergensem Celeberrimum, amicū nostrum honoratissimum (cui de felici prosperoq; ac dudum exoptato ex Borussia & Polonia ad suos charissimos omnes & singulos reditu animitus gratulor, eumq; annare, perennareq; FELICITER Veterum ex formulā opto, volo jubeo) lib. 1. animad. in Robert. Cardin. Bellarm. tom. 1. c. 1. n. 1. & Dn. D. Godofredum Cundisū, S. Theol. P. P. laudatissimū, Comparatē & Collegatū nreū singulariter colendum in succinctā Exegesi disti Apostolici, Tim. 3. v. 14. & 15. ib. q3. 44. & 45. † III. Certum est, totam illius obligationis vim & naturā, ac quousq; Casar ad defensionem sedis Romanae & Pontificis in superius allegato Capitulationis Articulo obstringatur, estimandam & dijudicandam esse ex intentione & mente Electorum, in illum Articulum consentientium: Jā verò constat & indubium est, ab iis Pontificem Romanum minimè pro AntiChristo haberi, sed potius ut Ecclesie Christianæ Romanæ caput, & veluti Patrem Sanctissimū, a se ipsorum heiligē Vater/
30. prout dicitur in Capitulationis §. 18. reverenter coli. † Quapropter dici nequit, per prænom natum Articulum, Imperatorem ad defensionem AntiChristi obligari, eju demq; patronum fieri, cum

nec ibi Rex Romanorum sedis Romanae & Pontificis, sed Ecclesia
 Christiana Advocatus prædicetur. † Præterea monet Dn. D. Carpro- 33.
 vius commissi à Dillingenſibus falaciam accidenti, & id, quod est vitio-
 sa qualitas in cliente, ipsi patrocinio & protectioni peſſimè immisce-
 ri, idq; illustrat, tum ex:mplo defensionis subditorum, inter quos tam-
 en ror fures, tot homicidæ, tot adulteri sunt, tum ex:mplo protectionis
 & Patrocinii, Judæis in nostrâ etiã Republ. Christianâ præstari so-
 luit. † Ad utramq; equidẽ defensionis & protectionis actû teneri Im- 34.
 peratorem, & quidẽ ad posteriorem eã de causâ, quod Judæi quoq;
 in Germaniâ ex:stilo & consuetudine cives Romani sunt. † In neutro
 tamen actu Imperatorẽ Advocatum & protectorem vel horribilium 35.
 illarum Blasphemiarum, quas Judæi in Christum salvatorem nostrum
 crucifare soleant, vel etiam delictorum furis, homicidii aut Adulce-
 rii agere. Fortè extra controversiam est, Imperatorem non mo-
 dò ad tutelam Lutheranorum tanquam Imperii statuum, subdito-
 rum, & simul Ecclesia Christiana membrorum, sed & ad liberi eorundẽ
 Religionis Christianæ exercitii permissionem, & contra turbatores
 defensionem, officii Imperatorii ratione, vi & efficacia transalio-
 nis Passariensis, pacem Religiosam, & ipsius Capitulationis Casaræ ad-
 strictum vivere. † Ut ut verò Pontifex Romanus Lutheranos 36.
 hæreticos eorundemq; Religionis cultum, hæresin proclamet, nemo
 tamen exinde inferet, Imperatorem Sacratissimum hæreticorum
 & hæreses esse defensorem, Patronum & Protectorem. † Et deniq; 37.
 summo perẽ observandum est, ipsos etiam Serenissimos Saxonicum
 & Brandeburgicum Electores ad sedem Romanam & Pontificiam defen-
 sionem Imperatorem obligari nolle, quin potius eum Capitulationis
 articulum prorsus deletum & non adjectum fuisse, animitus
 optare & discupere. † Ex quâ tamen ultimâ decidendi ratione 38.
 novus suboritur scrupulus, quoniam illa minus legitimam
 tuitionem præsupponit. Cum aliàs nulla dari posset dissensus:
 & reprobationis causa. † Priores verò à nobis allatæ rationes 39.
 eandem, ut legitimam propugnant. † Quod reponam, aliud 40.
 jam non suppetit, quàm hoc, nimirum vel prælaudatos Ele-
 ctores dissensisse tantummodò ob dubium istius Articuli intelle-
 ctum, & ut Pontifici Romano omnis præriperetur, Augustiana
 Confessione

- Confessione additos vexandi, libertatemq; Imperij in bonis Imperij repetendis & Pontificibus tum urbe Româ omnibusq; ejusdem pertinentiâ Imperatoris potestati subjiciendis, impediendi & prorsus è medio tollendi diudum hactenus ab eisdem quaesita & desiderata
41. occasio: † Vel si fortè hæc non ardens, dixerim ego, auctoritatem Capitulationis Casarea adhuc firmo stare talis, quamvis concesserim, sapius commemoratum articulum ab Electoribus Evangelicis & Protestantibus tanquam juri divino adversum rejectum & im-
42. probatū esse. † Quod si n. hoc ut certū præsupponatur, certè subdubito, acrum ille articulus pro tali membro Capitulationis Casarea, quod ipsum juramentum, & qua hinc nascitur, obligationem afficiat,
43. reputari queat? † Novimus enim & expeditum est, quod Capitulationis Casarea totius Collegii Electoralis expressa consensus. † Et videtur juramentum ad ea esse restringendum, quæ Rex Romanorum toti Electorali Collegio, univèrsum Imperium representanti promiserit, ab eoq; conjunctim acceptata fuerint arg. h. ult. Capitul. Casar. ibi: *Den leyt gedachten Chur Fürsten &c.* † Nec sufficere reor, ad obligationis robur & validitatem, ipsius jurantis Regis Romanorum voluntatē, ejuſq; promissū ab Electoribus Ecclesiasticis acceptationē, quod contendunt Dillingenses, cum ad formā essentialē validæ obligationis, tūc omnī, ad quos spectat negotium
46. cōsensu, tūc quoq; objectum adequatū & habile requiratur. † Nostro autem in casu utrumq; requisitum deficit, h. e. & Electorum Protestantium consensus, & intrinseca defensionis illius Papalis bonitas;
47. Immo ex prædictâ hypothesi illâ intrinsecè mala esse videtur. † Ut proinde si quis ex hoc præsupposito Imperatorem ad articuli istius observantiam, quâ Sedis Romana & Pontificis defensionem, imperio haur obligatū esse affirmaret fortassis, tanto illo præsupposito non aberraret. Si excipis, ex eo, quod Protestantes defensionem Pontificis improbant, non illicè necesse concludi posse, eandem intrinsecè esse malam; Et licet vel hoc variis rationum momentis, auctoritate sacrarum literarum à nostris Theologis demonstratum dari posset, adhuc tamen nostra sententia obstare illud, quod peccatum etiam si operari contra conscientiam erroneam, & per consequens non posse non Imperatorem (qui cerid sibi persuasum habet

*Habet, Pontificem verum esse Ecclesie Christiane & quidem
 supremum Episcopum, Ecclesiamque Romanam nihil propugnare,
 quod sit verbo Dei contrarium,) quamvis errantem, ad desensio-
 nem sedis Romane & Pontificiū obstrictum esse. † Respondeo, 48.
 id quod de obligatione, conscientia erronea profertur, cum micā
 salis nec indistinctē exaudiendum esse. † Scholastici enim, qui 49.
 ex professo rem tractant, distinguunt † (1) Inter conscientiam 50.
 erroneam ex ignorantia invincibili, & inter conscientiam erroneam
 ex ignorantia vincibili. (2) Inter obligationem positivam & negati-
 vam (3) Inter ipsas res vel faciendas vel omittendas, quae sunt vel ex
 se indifferentes, hoc est, neg, simpliciter & intrinsecè mala, neg, per 51.
 se, bonae: vel ex se mala quae bona, † De conscientia erronea ex invincibili
 ignorantia affirmant, illam obligare, & illū peccare, qui contra
 eā agat. † Conscientiam verò ex ignorantia vincibili dependēā qui- 52.
 dam esse movent, eumq; qui secundum eam agat, peccare non re-
 nuunt, sed tamen & eum peccare volunt, qui contra illā agat. † Ali- 53.
 quando autem gravius esse peccatum sequitur conscientiam erran-
 tem, quàm contra illam facere. Consule Martinum Becanum
 Theolog. Scholast. part. 1. tract. 1. cap. 4. q. 7. Gabriel. Vasquez
 comment. ac Disputat. q. 19. art. 6. Disp. 59. esp. 1. & seq. Dn. D.
 Horneium lib. 3. Phil. Moral. cap. n. 5. p. 322. Dn. D. Baldoinum
 p. m. lib. 1. de casib. consc. cap. 7. p. 14. † Quomodo haec & alia ad
 nostram controversiam applicanda, edocebit consilius. Prolatio-
 res esse nec volumus, nec ob insitenti rationē possumus;*

QUAESTIO IV.

An Capitulatio Cæsarea mediante quadam
 conventionione constituatur?

† Id quidem nunquam non omnibus indubium esse ha- 1.
 bitus existimavimus, propter expressa ipsius Capitulationis Cæ-
 sareae verba, quae legere est in fine Principii: ibi: † Dass 2.
 wir uns demnach auß freyen Gnädigen willen / mit
 denselben unseren lieben Neven Chur-
 fürsten dieser nachfolgenden Articul/ Beding vnd Pact-
 weisse vereinigt/ vertragen/ die angenommen/ betwoll. iget/

- vnd zugesagt haben/Alles wissenschaftlich vnd in Krafft dieses
3. Belesso. † Verum etiā ob *valgatam*, quam Dd. uno ferē ore tradunt *regulam*: † *Imperatorem scilicet ad conditiones in Capitulatione prescriptas, præcisè observandas ex pacto, & contractu cum Principibus Electoribus inito, non minus ac alium privatū cum aliō contrahentem obligari & astringi.* † At tamen præter omnem spem ante paucos annos ex lectione tractatus, quem de *Constitutione Imperii Romano Germanici*, conscripsit vir Cl. Dñ. Jacobus Lampadius, deprehendi, Virum illum Doctissimum, *part. 3. c. 2. n. 12. pag. 96.* in eā esse sententiā, quod si magis rerum, quā verborum rationem habere velimus, & paulò profundius penetrare discuptamus, nullam penè circa *Capitulationem Casarem concurrentem conventionem* deprehensurum.
 6. † Ipsa verba prælaudati Viri hīc annotabimus: Ecquid enim, *inquit*, Conventionis est, si de re meā tibi indebitā non dandā pacisceris? † Ecce vndo tibi fundum, *certiā partē detractā*: Numnam de parte, neq; venditā, neq; traditā, convenisse judicabor? Et paulò ante: *Capitulatio verò de datā potestate nihil immittit, sed quas Majestatis partes non impertiant Electores, declarat.* † Certè mirari subit, virum illum cætera accuratissimum, ad divortium à communi opinione facienda hac ratione commotum esse, quæ tamen falso innititur fundamento ac principio. † Præsupponit enim Prælaudatus vir ea, ut certa, quæ adhuc in controversiā, sed quid in Controversiā? Immo extra omnē dubitationis aleā vero aliena: † Dicit enim, *Capitulatione non agi, de re debitā dandā vel prestandā, sed de re indebitā non dandā.* † Rationem apponit hanc, quod *Capitulatio de datā potestate nihil minuat, verum de potestate eadem nec data, nec dandā agat.* † Sed quis non videt, hæc ad principia politica & Jurispublici congruentia nequaquam dicta esse † Nec ipse sibi hac in re constare videtur. † Scripserat enim in præcedenti numero undecimo, *Imperii Leges non omnem Imperatori Majestatem deferre*: Exeipi in hiscè *Capitulationis conventionibus* Imperii partes, quas in Principem non conferant Electores, sed sibi statibusque reservent, *statuum pariter & Casaris moderationi relinquant*: † Non detra-

Etas verò his legibus Imperii partes, eisdem conditionibus in Cæsarem transire, quibus absolutæ potestatis princeps perfruatur, earumque Majestatis partium, dominum constitui Imperatorem, quas quas ipsi Electores concedunt. † Vtrum prioribus hæc correspondeat, alii judicent? Mihi quidem non videtur. † Illic negaverat, in Capitulatione deprehendi conventionem. Hic eandem Capitulationem conventionem appellat. † Illic inficias iverat, in Capitulatione agi de re indebita danda h. e. potestate Regi Romanorum & Imperatori designato conferenda, sed de re indebita non danda, id est certis Majestatis partibus & juribus eidem non concessis. † Hic verò ipse concedit, per Imperii leges atque ita etiam per Capitulationem, certas Majestatis partes Imperatori delatas, & quod majus est, etiam exceptas, ac reservatas, Cæsari communicatas esse, dum eas Statuum pariter & Cæsaris moderamini relictas asserit. † Minus rectè. † Hæc simul stare non possunt: In Capitulatione Cæsareâ non agi de potestate transferenda, sed de potestate tanquam re indebita non danda & concedenda. † Et tamen per Capitulationem Cæsaream, quam Lampadius ibidem voce conventionis sine dubio intelligit, Imperii partes etiam reservatas, cæsaris simul moderamini relictas esse, & non detractas. Imperii partes in Cæsarem transire. † Affirmat vir ille Clarissimus, potestatem Imperatori datam esse, sed de illâ quicquam per capitulationem imminui, negat & pernegat. † Si quaerem ex eo, quo tandem medio potestas in Regem Romanorum translata esset, certè responderet, per electionem: † Hunc electionis actum regulæ instar esse, Capitulationem verò exceptionis vocem sustinere; † Sed annon exceptio imminuit universalitatem Regulæ? † Id quidem nemo unquam, spero, negabit, sed absque controversiâ, ipse fatebitur Lampadius. † Vnde necessariò infertur, per Capitulationem quoque imminui & restringi id, quod Electio contulit, h. e. potestatem prius per electionem in genere Regi Romanorum collatam. † Potestas igitur non est iustas Res indebita non danda, sed rei debita & jam data certo modo ostendenda, certisq; conditionibus restringenda. Ex eplû à Lâpadio allatû huc minus quadrare in discursu probabimus.

An Capitulario Sacræ Cæsareæ Majestatis & Serenissimorum Electorum consensu mutari & tolli possit?

1. † Combibimus equidem ex *semidec. 5. quæst. ult. eadem esse*
principia destructionis, quæ constructionis sint, & nihil tam natura-
le esse, quàm eo modo dissolvi, quo colligatum est l. 35. D. de R. 7. &
 2. *ibi Dd. † Vigitur istius & Philosophorū & 7. Ctorum principis affi-*
mativè ad propositâ quæstionē respondendum esse videtur † Sed eo
non obstante negativè nostrum adicimus calculum, ita tamen,
ut distinguamus inter Capitulationis Cæsareæ totalem abrogatio-
nem, & inter ejusdem partialem mutationem, quæ ipsum Rei-
publica statum directò non afficiat, sed salvo eodem fieri possit,
 4. *nec eum deteriore, sed meliorem efficiat. † Posteriorè non impro-*
 5. *bamus, ut pote quâ corroboret & ratio, & ipsa experientia: † Pri-*
 6. *ore verò damnamus & rejicimus. † Vis fidem verbi? Ecce fun-*
 7. *damentum tale tibi sisto. † Expeditum enim & indubitati juris*
est, nec non supra à nobis jam tractum, Serenissimos Electores
Imperii Electionis negotium non tantùm nomine proprio, sed &
nomine alieno, hoc est, universorum Imperii Statuum petagere, nec
aliter eligendi potestatem iisdem concessam præsumi, quàm si
illa pro salute Reipublica, ejusdèq; status conservatione exerceatur;
 8. *† Et ex adverso eandem iis denegatam vidèri, ubi illa in pervi-*
 9. *culosos, quid nocivū magis accidere posset, quàm si saluberr-*
ma illa Imperii Lex, cui comprimis statum Reip. tranquillū, beatū,
& pacificū, nec non totius Imperii auctoritas innuitur, subverte-
 10. *tur, abrogaretur, eidèq; nuncius mitteretur? † Sanè nil nisi jur-*
gia, lite, discordiæ, dissensionis, sigladiationis, immò horrendæ
seditionis inde metuendæ essent. Neq; opus est, ut dicamus, aliâ
 11. *hoc casu esse rationem constructionis, aliam destructionis. † Quamvis namq;*
non negem, regulam illam legalem, quæ extat in l. 35. D. de R. l. non esse
universaliter veram, quia fallit ea non modo in matrimonio, quòd salèquidè
consensu contrahitur, minime vero muruo dissentu tolli potest, sed & in ali-
 12. *is negotiis & maxime spiritibus, quòd latius deducunt Dd. ad d. l. 35. de*
 13. *R. l. † Hic tamen ut ad illud exceptionis asylum confugiamus, nulla neces-*
 14. *situdo postulat. † Quin potius prædictæ juris regula fundamētis instar no-*
bis est. † Percepimus enim Capitulationem Cæsaream omnium Imperii Sta-
rum auctoritate atq; consensu constituiti. Ille verò circa abrogationis actum
denegat. Tantum! Terminalia sunt.

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO.
 MANO GERMANICI
 SEMIDECAS SEPTIMA.
 QUÆSTIO. I.

An Capitulationi Cæsareæ subsit con-
 ventio?

Respondē-
 te Johanne
 Gerardo
 Jenensio.

† **A**ffirmavimus id ipsum *præced. semides. sexta quæst. penult.*
 & quæ moverat dubia *Dn. Jacobus Lampadius*, ibi remo-
 vimus. † Si quæ autem fortean remansere scrupuli, eos
 hæc vice pro vitili eximere conabimur. † Percepimus verd ex
prædictâ quæstione penultimâ, contrariam sententiam *duplici fun-*
damento niti: † Primum erat, nullam posse esse cōventionem, vel
 contractum *de re indebitâ non dandâ*, quod confirmatur exem-
 plo *fundi venditi tertiâ parte detractâ*. † Alterum est, Capitulatione-
 nem Cæsaream nihil quicquâ *de potestate in Imperatorem trans-*
ferendâ disponere, sed *de potestate Imperatori non conferendâ*. † Po-
 sterior nuper jam examinavi, illudq; magis magisque enucle-
 abitur *in quæst. 3.* † Prius nûc videbimus: Et primò omnium qui-
 dem, *quid sit conventio*, deinde *quid & quotuplex res indebita? Et*
dein qd, an nullû omnino pactû nullâre conventio dari possit dere meâ
alteri indebitâ non dandâ vel prestandâ? † Conventionis voce hic
 pactiōnem denoto, quæ utrum a pacto tanquam effectus seu modus
 obligandi a sua causâ, seu illo ipso actû consentiendi dere aliqua diffe-
 rat? alibi diximus. † Definitur pactio sive conventio *in l. 1. §. 2.*
D. de pact. quod sit duorum vel plurium in idem placitum con-
 sensus: † Pro quâ definitione tanquam pro aris & focis pugnat
Hugonius tr. de pact. cap. 1. cui subscribit *Dn. Heinricus Besselius*
Dissertat: Decisivar. ad jus pandectar. vol. 1. diss. 5. th. 1. pag. 90. ita
 scribens: † *Consensum autem in definitione pacti intelligo eum, ex*
quo vel naturalis vel civilis oritur obligatio, & non omnem in idem
placitum consensum, sed consensum paciscendi & contrahendi. † A

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

- litā verò secundū regulas Logicorum vitiosa dicitur hæcce pactionis definitio, & ut minus legitima prorsus rejicitur, propterea maximè, quod sit *latior definitio*, cum nō omni statim consensu, licet dirigatur in idem placitum, pactionem constituat, sed etiam Philosophorum, aliorumq; Eruditorum Virorum uniformibus de eadē re conceptis sententiis communis sit. † Accedit, quod differentia specifica neq; in verbis, *Duorum vel plurium*, neq; in verbis, in idem placitum, consistere possit, quia non modò differentia specifica ipso genere strictior esse, immò illud restringere, verū etiam genus simul dividere debet, secundū Aristotelem *lib. 6. Topic. c. 6. text. 3.* † E.g. Rationalitas est differentia hominis, illa dividit animal, quod aliud quoq; sit irrationale. † Ac si hæc verba, *Duorum vel plurium*, nec non, in idem placitum, differentiam continent, neq; illa restringet, neq; dividet genus, sed consensus aliquis erit, qui non sit in idem placitum, sed *diversum*, quod absurdum. † Verbis utor *Dn. D. Frantzki*, *Compatiū mei colendisimi*, quæ habet in comment. ad tit. de pact. num. 4. pag. 135. † Consentit Bacchovius comment. in part. 1. Pandect. & quidē eundem tit. sub rubric. de convent. pag. 563. † Eā de causā rectiūs pactionem definire existimant, si dicatur, *eandem esse de aliquo præstando, vel de aliquo dando aus faciendo consensionem*, argum. l. 4. C. de nupt.
19. † Verba *dare & facere* hīc latè sumi, ut & non dare, non facere, sub se comprehendant, argum. §. ult. f. de verbor. oblig. juncto
20. princip. ejusdem tit. † Nos existimamus, non incommode fortassis conventionem. (*quam hoc in loco vestigiū ipsorum Actorum in l. 1. §. ult. l. 5. l. 6. l. 7. D. de pact. l. 15. D. de præscriptis verbis, insistentes, cum pacto vel pactione commiscemus, non attentā à quibusdam inter pactum & pactionem positā differentiā*) definiti posse, quod sit actus, quo ex consensu alter alteri ad præstandum aliquid obstringitur. † Vel ita, quod sit modus obligandi ex consensu. Confer l. 1. §. ibi: Qui inter se agunt l. 7. princip. D. de pact. l. 3. princip. & l. 52. D. de obligat. & action. † Notanter dico, ex consensu, ut hic obligandi modus discernatur ab eo, qui maleficium & delictum dicitur, & te tantūm consistit l. 4. D. de oblig. & act. princip. Instis. de obligat. onibus, quæ ex delicto nascuntur.

† Adde: *Ad praestandum aliquid*: Quibus verbis & dationem & factum, & quidem utrumq; tam positivè quàm negativè consideratum subintelligo: † Ut sensus sit, conventionem esse talem actum, quo quis obstringatur ad dandum vel non dandum, ad faciendum vel non faciendum aliquid. † Datio comprehendit in se non dationem, factum, non factum *argum. d. §. ult. Instit. de verb. oblig. l. continuus 137. §. si ut aliquid. l. cum quid. 71. D. de verb. obligat.* † Hinc Dd. facta alia affirmativa, quæ in faciendo consistunt, alia abnueiva, quæ in non faciendo versantur, appellant. † Verbum dare hic significat dominium transferre *l. 75. §. fin. D. d. t. l. 15. l. 49. D. de verb. signif. & vñ facere opponitur.* † Quamvis enim verbum *facere* latissimè pateat, ad eò, ut ambien suo ipsam dationem in se complectatur *l. verbum facere. D. de verb. signif.* † In nostro tamen casu pressius accipitur, & tale factum intelligitur, quod à juris translatione nudum est, quodq; in labore personali consistit, uti loquitur Salicetus ad *l. 1. D. de act. empti n. 3. in fin.*, ut fossam fodere, ædificare, Capuam ire, &c. Goeddens comment de *contrab. & comittend. stipul. c. 6. concl. 14. 15. & 17.* † Sed quærat fortè aliquis, quæ causa sit, quod verba illa, *ad praestandum aliquid*, in definitione posteriori superius à nobis traditâ, ommissa fuerint: † Respondemus, eadem jam contineri *obligandi vocabulo*, cum in eo obligationis substantia consistat, ut alium nobis obstringamur addandum aliquid, vel faciendum vel praestandum, *l. 3. D. de oblig. & act. princip. Instit. de oblig.* † Conventio variè à variis dispescitur. Nos illam tantùm distinctionem, quæ huc spectat, & ab Ulpiano in *l. 5. D. de pact.* proponitur, persequemur. † Nimirum conventiones sunt vel publicæ, vel privatae. † Publicas conventiones Ulpianus non, ut quidam putant, definitione proponit; sed duobus exemplis illustrat. Primum est in iis verbis: *Qua sit per pacem.* † Alterum exemplum continent sequentia: *Quosies inter se Duces belli quadam paciscuntur.* † Publicas ergò conventiones eas intelligit, quæ nisi jure Imperii majoris aut minoris fieri nequeunt. † Quæ notâ differunt non tantum à *Contractibus privatorum* sed & à *Contractibus Regum* circa negotia privata. Hugo

39. Grotius de jure bell. & pacis. cap. 15. n. 1. pag. 73. † Publicas conventiones *illibidem* dividit in *fœdera, sponsiones, pactiones alius.*
40. † Observandum verò hic venit, vulgata d. l. 5. de pact. lecti-
onem, quam modò retulimus, à non paucis improbari, qui
41. hoc modo legi malunt: † *Publica conventio est, que fit per Principem, aut quoties inter se Duces belli quedam paciscuntur.* Ita Har-
menopolus & Haloander. *Publica*, inquit ille, *conventio est, que*
42. *per Principes fit, aut belli duces veluti ad pacem aut quid tale, uti Græ-*
43. *ca verba vertit Gothofredus ad d. l. 5. lit. Q.* † Principem intel-
lectum volunt quàm talem paciscentem. † Cæterum enim indubi-
tati juris est, Principem in contrahendo v. g. emendo, ven-
dendo, uti jure privatorum, & hujuscemodi conventionem non
44. publicam, sed *privatam* esse. † II. Perspectâ conventionis natu-
râ, considerandum nunc est, *quid & quomplex sit res indebita.*
† *Illud ipsum indebiti nomen satis explicat:* Circa hoc notant
Dd., quod indebitum vel sit *absolutè & simpliciter*, vel *secundum*
45. *quid tale.* † *Absolutè indebitum* dicitur, ad quod solvendum de
46. nullo jure quis obstringitur. † *Secundum quid res indebita* vo-
catur, quæ quidem de *uno jure* debetur, de altero verò minùs,
47. & vel est talis *civiliter tantum*, vel *naturaliter tantum*: † *Natura-*
48. *liter indebitum* est, ad quod dandum vel faciendum quis non
obligatus est *de jure naturali*, sed tantum *de jure Civili*: † Quod
49. declaratur vulgò exemplo *literarum obligationis & prescriptionis.*
† *Civiliter tantum indebitum* describitur, quod debetur qui-
dem *jure naturali*, sed tamen *jure Civili*, vel liberum relinqui-
50. tur, vel prorsus rejicitur & reprobat. † Quale indebitum
sunt *ad idem*, nec non *pupillorum, prodigorum ac mulierum in cau-*
51. *sâ intercessionis promissa*, per jura vulgata. † III. Quando igitur
quæritur, *utrum conventio esse possit, si de re meâ tibi indebita non*
52. *dandâ paciscor, hæc simpliciter negativè*, quod tamen fa-
ciat Dn. Lampadius, *respondere poterit.* † Aut enim vo-
53. cabula *Res & dare* accipiuntur *generaliter* aut *specialiter* † Priori
casu *sub illis factum* quoq; exquiri oportet, & sic quæstionis sen-
sus est, *utrum conventio esse queat, vel de re meâ alteri indebita non*
dandâ, vel de eo, ad quod sciendum ego alteri minus obligatus sum.

non faciendo? † Posteriori autem casu hic quaestiois tenor erit, 54.
*An de remeā, quae alteri habet debetur, ita pacisci possim, ut eandē in
 eundē transferam?* † Lampadii posteriori modo quaestioem intelle
 & tam velle videtur; † Quae tamen non indistinctē decidenda, sed 55.
 potius circa eam distinguendum erat, *utram res illa indebita sit* 56.
ex dō, an ex tōtā talis? † De simpliciter indebita vera quidem est Dn. 57.
 Lampadii sententia. † Dispar autem ratio deprehenditur in in- 58.
 debito secundum quā ita dicitur, v. g. si paciscitur creditor mariti
 cum muliere, (quae pro viro debitore intercesserat,) de non dan-
 do eo, quod ipsa creditoris mariti liberandi causa, promiserat: Ibi
 profectō adest conventio, ut ut promissum mulieris, *civilitate*
indebitum sit. † Nec caret conventio illa suo effectu, quia per 59.
 eandem naturalis quoque, quae supererat, obligatio tollitur. † Si 60
 verō priori modo *de obligatione faciendi, etiam exaudienda es-*
set quaestio, multō minus ea indistinctē negari posset, cum nul-
lus dubitem, posse me pacisci, de eo, ad quod ego alteri non
obstrictus sum, non faciendo, e. g. ne consul fiam, ne uxorem du-
cam, ne ediscem, & quae sunt alia huiusmodi facta abutitur. † Ve- 61.
 rūm cum hīc quaestiois intellectus à mente Dn. Lampadii ali-
 enus sit, plura non addo, sed cesso. † Ex hisce jam dictis & de 62
 ductis cuius facile iudicare licet de exemplo illo, quod addu-
 xit Dn. Lampadius, & tale est: † *Ecce vendo tibi fundum, certā* 63.
parte detractā: numnam de parte nō, venditis, rez, tradita con-
venisse iudicabor? † Immo verō dum primō fundum quis ven- 64.
 dit, deinde autem tertiam partem à fundo illo detrahit, eo i-
 plo certē venditio prius in genere concepta limitatur & restrin-
 gitur, atque sic, contractui pactum quoddam adjicitur. † Secus 65.
 esset, si non venderetur *totus fundus, detractā de una parte ter-*
tia, sed nullā fundi, ut totius mentione factā, ipsa partes fundi dun-
taxat emtori tradendū venderentur. † Sed hac de re plus satis. Re- 66.
 fert nunc nihil aliud, quā in ea, quae dixim⁹, proposuit quaestio-
 ni applicemus. † Ita verō argumentor: *Ubi eunq, ex consensu* 67.
alter alteri adstringitur ad aliquā dandum, vel non dandum,
faciendum, vel non faciendum. ibi est conventio. Atque in Capi-
tulatione Casareā id ipsum fit. Ergō. Maiorem propositionem jam
probatam dedimus. Minorem confitetur ipsa Capitulatione, ubi im-

perator certè se obstringit vig. ad defendendâ Ecclesiâ, ad confirmâ-
da ordinû Imperii privilegia, ad requirendû consensum Electorum &
statuum Imperii, ad fœdera non ineunda. Falsum itaq; est, in Ca-
pitulatione tantûm agi de re indebitâ alteri non dandâ, hoc est,
potestate Imperatori non conferendâ. Immò nec potestas Im-
peratori per Electionem jam collata res indebita reâdè dicitur.

QUÆSTIO II.

Anvi *istius conventionis* Imperatori, contra Capitula-
tionem Cæsaream agenti resisti possit?

1. † Verè scribit Doctissimus Lampadius tr. de Constitut. Imperii Romano-Germanici *part. 3. cap. 2. n. 10. pag. (mibi) 93.* de Depositione (addo ego, & resistentiâ) Cæsaris periculosam & difficilè esse cõmentationè. † Plenum enim opus alex est, *contra eos disputare, qui possunt amputare, contra eos scribere, quibus datum est pro-*
2. *scribere, de quo jam in semidec. primâ diximus.* † Excitat hæc res plerumq; seditiones, tumultus, bella, & contemtum Magistratus non minimum, sed insignem, nefandum & horrendum, maximè si genuina, ex quibus quæstio decidenda, negligantur principia. † Vt hinc præstaret fortassis, de eadem prorsus tacere, quam multa dicere. † Verûm enim verò nos quibus VERI-
3. TAS, unicuique scopus est, hæcce non moramur, sed potius omnè daturi sumus operâ, ut sine cuiusvis Boni Viri offensâ dicamus, & in nullius præiudicium quicquam proferamus, mediâ, prout veritatis Lex exigit, incessuri viâ. † Neq; enim vel *negativa*, vel
4. *affirmativa simpliciter* vera est. † Hanc defendit Arisztus *lib. de princip. potest. in subdit. in violabil. cap. 1. Illâ* Lampadius *d. cap. 2. p. 95.*
5. † Arisztus provocat ad autoritatem *Aleiasi in resp. 167. vers. circa tertium dubium n. 10.* Fidem Domino non servanti, imponè non servati; *glossa in c. cum ex in juncto verb. tam institutio, de heredit. Ad quem pertineat institutio, ad eundem pertinere destinationem Alexand. Carer. lib. 2. de potest. Pontific. c. 2.* Qui per tutionem communitaris instituitur, puniri & deponi per ele munitatem, quæ illum principaliter instituit, sicut Venetom Genueenses, qui sibi Ducem eligant, & si contra Rempu-
tos & blicam

hlicam delinquat, eum deponere posse; *Episcopi Moguntini;*
 Quem meritum investivimus, quare immeritum non deve-
 stiamus; dicentium. † Idem idem jam dixerat *lib. 1. de Ma-* 12
jest. cap. 6. n. 12. ubi etiam refert, quod Zacharias Papa ad
 Francos, an Childericum justè deponere possint, cogitantes;
hiscè verbis scripserit: Regem plebs constituit; eundem & destituerè 13
potest. † Idem propugnant etiam alii & Theologi & Politici ce-
 leberrimi, quos videbis apud Dn. Hortlederum *lib. 2. part. 2.*
von Rechtmessigkeit/ anfang/ fort vnd aufgang des Teut-
schen Kriegeres, † Ad stipulatur iisdem novissimè Beïold. dissert. 14
de majest. cap. 8. Dn. Corpzovius de. L. Regià cap. 14. sect. n. 15. p.
933. & seq. & Dn. Reinking. tr. de Regim. secul. & Eccles. lib. 1.
class. 1. cap. ultimo, qui tamen utrum paulò liberius de Princi-
pibus sine discrimine deturbandis decernat, prout scribit Dn.
Lampadius, certè sub dubio, propter ea, quæ habet n. 23. n. 32.
n. 35. & seqq. n. 47. 48. 49. 50. 51. 52. n. 89. 99. n. 102. 103. †. Præ- 15
*ter rationes jam adductas urgente Viri illi Clarissimi *mutuo &**
reciproca obligationis modum ac Vinculum, cujus hæc sit lex &
natura, ut si alterutra pars recesserit, nec altera obligata sit. si
quis major C. de Transact. l. cum proponas 21. ubi Dd. C. de pact. l. qua-
ro §. inter locatorem D. locat. e frustra de regul. jur. in 6. Roland.
à Vall. conf. 99. n. 6. 7. & seq. vol. 4. †. Hinc eleganter dixisse Ne- 16
ratium Jctum: Nihil penes eum residere oportere ex re, in quâ
fidem fecellisset. l. §. in fin. D. de Leg. Commissor. † Habere enim
quamlibet promissionem hanc annexam tacitam conditionem:
 Si FIDES SIBI SERVETUR. *6. per veni x. de jurejur. l. cum pro-*
ponas C. de pact. † Hinc illa: Fidelis herus, fidelis servus. Bene Im- 18
peranti, bene obtemperandum: Populus obligatus est conditionali-
ter ad obtemperandum Magistratus, si nimirum justè & pie imper-
aturus est. † Et unius ejusdemq; contractus capita hucula alia 19
alitis inesse dicunt per modum conventionis, quasi expressum esset,
hæc ita faciam si & alter faciat, quæ promissit. † Ideò Tullium Al- 20
banis respondiisse: Deos testes facit, uter prius populus repetentes
legatos aspernatus dimiserit, us in eum omnes expectant clades belli.
 † Non tenetur pro societate Alpianus, qui idèd renuntiavit, *21.*

22. *conditio quadam, quâ societas eras inita, ei non praestatur. † Huc referunt quoq; ea, quæ Ordines Imperii quondam ad Henricum IV. Imperatorem scripsisse feruntur, se scilicet sacramento fidem ei dedisse, sed si ad adificationem, non ad destructionem Ecclesie Dei Rex esse vellet, si justè, si legitime, si more Majorum rebus moderaretur: si suum cuiq; ordinem, suam dignitatem; suas leges ruitas inviolatasq; manere pateretur; sin ista prior ipse temerasset, se jam sacramenti hujus religionem non teneri, sed quasi cum barbaro bose, Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos & quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide*
23. *Christianâ, pro libertate etiam suâ dimicatos. Hæc illi. † Lampadius verò neq; agnoscit hoc in casu ullam inter Cæsarem & status Imperii initam conventionem, neq; Cæsarem convenienti potestate excidisse concedit, etiam si debiti imperii terminos transierit, cum non detractæ Imperii Legibus potestatis partes iisdem conditionibus in Cæsarem transeant, quibus absoluta potestatis princeps perfruatur, ut proinde principes divisam Majestatem, quantum & quatenus adepti non aliâ ratione perdant, ac si absolute rerum potirentur. † Earum, inquit, Majestatis partium dominus constituitur Imperator, quas quas ipsi Electores contulerint. † Nec absudic Melchior Goldastus in Bohem. lib. 1. cap. 5. n. 6. ubi prorsus damnat, rejicit & reprobat ex auctoratorum illorum Imperatorum, Henrichi V. Adolphi Nassovienis & Wenceslai diplomata, quamvis tamen deinde subijciat, nec diffiteatur, posse Cæsarem contra datam fidem juratam agentis, Legesq; fundamentales negligenti, immò violenti & transgredienti, perjurii criminis ab Imperii statibus incusari ex e. venerabilem verb. perjuriam, exir de Elect. & Elect. potest. † Ego quidem medio, ut dixi, & indubiè tutissimus ibo, litem hanc tamen meam haut ficturus, multo minus decisurus, (Id ipsum enim aliò & ad ALIOS spectat, uti rectè monent Goldastus & post eum Dn. D. Carpov. comm. in L. Reg. cap. 14. sect. 6. n. 28. & 2. p. 969. sed cogitata tantum mea qualia qualia modestè expositurus, aliorumq; censuræ & judicio ea omnia submissurus. Infantiam enim & tenuitatem meâ hac in re plus satis agnosco.*

† Pro evidentiori autem totius rei intellectu præmittere & præ- 27.
monere operæ pretium esse duco, à nostra quæstione: *diversus esse*
illas, quando scilicet quæritur, † *An Imperatori non quidem con-* 28.
tra Capitulationem Casaream, sed tamen alio respectu injustè agentis
resistì possit? † *An Imperatori forte an verè Tyranno existenti* (quod 29.
tamen ne unquam verum fiat, & quamdiu Imperium nostrum
duret, contingat, operandum & sperandum quoq; opinor, erit)
resistendum sit? † Ad priorem sine dubio per *Negationem*; Ad 30.
posteriorem verò per affirmationem respondendū est, ut ut omnis
conventionis lex deficeret, nec Imperatoris potestas restricta
esset. † Pro stabiliendo *priori asserto* facit, quod absq; omni con- 31.
tradictione Imperator eas imperii partes, quas eidem non de-
traxit conventionis lex, solus, & absoluti Principis instar exer-
ceat, uti rectè observavit Do. Lampadius *d. l.* † Jam indubitati 32.
juris est, quod qui obstat potestati, Dei Ordinationi obstat: cum
verò qui obstant, sibi ipsis condemnationem accipiunt, testo Apo-
stolo ad Romanos. 13. † Ubi rationem subjungit; *DE Tenim mini-* 33.
ster est, qui potestate fungitur suo bono. † Concludit deniq; *Qua-* 34.
propter necesse est subjici, non solum propter iram, sed & propter con-
scientiam. † Subjectio illa non resistendi necessitatem includit, quæ
subditis incumbit propter rationem officii, majorisq; mali evita- 35.
tionem, nec non tranquillitatis publicæ conservationem. † Paulo co-
mitem addamus D. Petrum qui 1. Epist. 2. vers. 18. *subjectionem non* 36.
modo bonis, equis, & modestis, sed etiam disculis & duris Dominis
præstandam, servis iungit, & quidem salutem, quæ injuriarum
patientiam secum ferat: † Sicut de parentibus dici solet:

Ames parentem, si æquus est: si non, servas.

† Volt, in quâ, Petrus, *servus parentis scilicet dominum crudelibus aquè:* 38.
Ue bonos voco expectant, qualescunque tolerent: Ille servitiam d. minorū
non minus ac parentum patiendo leniane magnæ, animo contumeli-
am perferant. † Sic ipse Christus etiam Imperatori Tiberio, quam- 39.
vis variis facinorum generibus commaculato, ut non injuriâ eun-
dem quis nequitæ stabulum dixerit, ea, quæ ejus ut Casaris sunt,
dari mandat *Matth. 22.* † Confer Hugonem Grotium *lib. 1. de* 40.
Jur. bell. & pac. cap. 4. Dn. D. Carpz. d. comment. cap. 14. sect. 1. &

- scilicet, 2. ubi rectè triplex refertur remedium, quò subditi contra injurias à Principe absoluto etiam sibi illatas se tueri queant, nimirum, preces, supplicationes, & tandem fugam. † Posterioris
41. *affectionis* fundamentum tale est. † Tyrannus proprie ita dicitur est ἀντιδύου, nulla subjacens legibus, incorrigibilis, boni publici negligētissimus, immodicos & persecutor pessimus, sua però utilitatis pro prius, commodi amantissimus & studiosissimus, ad id ut in administratione Reipublice subditorum commodam exulare jubeat, suum verò
42. unice respiciat. Aristotel. lib. 4. & 5. Polit. c. 10. † Ut in paucissima verba conferam, Tyrannus hostis populi est, animoq; hostili in totius populi exitium & perniciem fertur, agitq; violenter omnia.
43. Ubi ergò voluntas subditos perdendi adest, ibi simul voluntas eisdem bene imperandi consistere non potest, & consequenter Tyrannus eo ipso regnum abdicare & pro devictio habere videtur, ac præsuntur. † Traditur principi imperium eo sine, ut Reipublicæ præsit ad salutem omnium, ut communem utilitatem
44. curæ habeat, Ar. 8. Eth. c. 12. & 5. polit. c. 10. † A quo si prorsus desciverit, etiam de potestate cadit, quam non alio sine sibi
45. commissam habebat. † Dom. Soc. lib. 1. de Just. & Jur. q. 6. art. 4. & lib. 4. q. 4. art. 1. Hugo Grotius d. l. pag. 83. Arniseus de auctoritate Principum in populum in violabili cap. 4. n. 15. in fin. pag. 129. qui tamen distinguit inter Tyrannum civile & Tyrannum exerci-
46. tio, ita, ut illi magis, quàm huic resistendum esse existimet. † Sed ad nostram quæstionem revertor. † Ad quem fortean responderi poterit distinguendo: I. inter Capitulationis capita & articulos, quorum non minimam deprehendi differentiam, (quâ voce Lucretius alicubi usus) nemo certè erit, qui inficias iverit. II. inter ipsam tum ex parte Cesaris contra Capitulationem Cesarum agendi, tum ex parte Ordinum Imperii, Cesari eo nomine re-
47. sistendi modum. † Articuli Capitulationis hant unius generis
48. sunt. † 1. Vel enim respiciunt ea, à quibus totius imperii consisten-
49. tia immediatè & proximè dependet: † 2. Vel tantummodo talia, que etiam salvo nostra Reipublica statu adesse aut abesse possunt, nec
50. eundem statim interurbant tollunt & corrumpunt. † 3. Deinde
51. qui

quidam articuli potestati Caesaris aliquid detrahunt, eandemq;
 limitant, restringunt, Imperitij; Ordinaibus relinquant;
 † 4. Quidam verò Imperatorem duntaxat ad ea, quæ ejusvis
 BONI PRINCIPIS officium postulat, magis magisque ad- 53.
 stringuat. † Exempli gratiâ, ad primam classem pertinet arti- 54.
 culus secundus, tertius, quintus, septimus, nonus, decimus, undeci-
 mus, duodecimus, decimus tertius, & qui sunt hujusce modi ex sub-
 sequentibus aliis, inter quos principem quasi obtinent locum
 quinquagesimus, vice-simus octavus, vice-simus secundus, vice-simus, vi-
 cesimus nonus & vice-simus. † Ad secundam referri potest articulus de- 55.
 cimus sextus cum nonnullis aliis. Ad quartam spectat articulus primus
 cum plurimis aliis, quos recensere inscripti nostri ratio hauri per-
 mittit. † Quod modum spectat, quo foris Imperator transgredi &
 transilire possit Capitulationis articulos, nec ille uniformis erit. † A- 56.
 ctio enim Capitulationi adversa vel potest esse planè & omnimò- 57.
 do libera ac spontanea, vel invita & coacta, extremâ necessitate elicitâ.
 † II. Præterea actus ille potest esse directus vel contra ea Capitulatio- 58.
 nis capita, quæ ad primam & tertiam classem superius retulimus, vel
 contra secundam & quartam classis articulos. † III. Actus insuper il- 59.
 le vel est cum quadam vi externâ & violentiâ, conjunctus & jam
 per actus continuatur, defenditur nec lapsus eo ipso commissus, ageos-
 citur: † Vel minus violentus est, nec perpetratur, sed potius de- 60.
 inde damnatur, rejicitur, & ut nullus nec legitime factus repro-
 batur, passim, lesa in integrum restituitur. † Modus deni- 61.
 que etiam Casari, contra tenorem Capitulationis agentis, resistendi
 poterit esse diversus. † Vel enim resistencia fit prævis & præmis- 62.
 sis ad Imperatorem de hoc vel illo faciendo aut non faciendo,
 aut jam facto annullando peris omnibus & admonitionibus † Vel 63.
 immediatè statim in eadem neglectis. † Et vel ab uno aut altero 64.
 Imperii membro, fortè per Imperatorem lesis, vel à toto Imperio sive
 àis, qui eundem consentiant: † Et vel armis, vel de non, in iis, quæ a- 65.
 gunt Casar, eidem morem gerendo protestationibus, vel Casarem à
 throno prorsus removendo. † Hæc sequentes regulas subnecto. 66.
 † Prima hæc esto: Casari quocumq; etiam modo contra quacunq; Ca- 67.

- piculationis capita nō cogit sed liberè, nullaq; in evitabili necessitate vel salute publicà impellere ageri, sicut ab universis, tum à singulis Imperii Ordinibus, precibus, petitionibus, humillimèq; protestationibus contraveniri potest. † Secunda regula ita habet: Casari liberè & ex proceribus contra ea capitulationis capita, qua ipsum Republica statum immediatè afficiunt, & Majestati dèrabunt, agenti, & Actionesq; suis armis persequenti, nec ab eis, quamvis subjectissimè & instantissimè*
- 68.
- admoniti fuerint, desistenti, armis etià resistendū est. † Quod ipsū ita*
- 69.
- probat. Certum est, per Capitulationem Casaream dividi certa Majestatis jura inter Regem Romanorum & Imperii Ordines ac comprimis Electores, atq; ita hosce omnes Majestatis participes esse, ut Imperator habeat partem potestatis, partem alterà status Imperii. † Quando igitur Imperator hanc sibi certo modo detrahā potestatis partē atq; sic minùs plenè suam fortè violenter & prædicto modo exerceret, tunc profectò vis imperio injusta inferretetur, eidemq; vis justa opponi posset, maximè idèò, quia tali in casu nullum Cæsar habet imperium liberum, nullamq; potestatem absolutam, & perconsequens quoad*
- 70.
- hunc casum minimè Imperantis locum tenet. † Ex adverso autem, quia Proceribus Imperii communicatae sunt Majestatis partes, nō potest nō simul jus easdē defendendū esse concessum, quod omnia jura sanè permittunt. † Immo nō tam permittitur, quam præcipitur, ut vim vi repellamus l. 3. junct. l. 2. D. de J. & J.*
- 71.
- † Tertia Regula est: Quamvis Imperatori articulus Capitulationis transigentis resisti queat, nunquam tamen ita eidem resistendum, ut ille Imperio omni prorsus deponatur & depellatur, per rationem à Lampadio adductam, sed potius, ut corrigatur, adq; strictam promissorum observantiam compellatur, nisi fortassis aliter Imperii Ordines se suasq; jura tueri non possint, sed omnium emendationis spes penitus decollet. † Atq; hoc demum in casu locum obtinet Arnisei, &*
- 72.
- quicum ipso faciunt, opinio. † Quarta regula ex præcedentibus præsumit & allativa est. † Imperatori contra Capitulationis capita, qua ipsum Republica statū proximè non respiciunt, sed eodem integro permanēte a desse vel abesse possunt, nec à Majestati immittunt, agenti, neque*
- 73.
- etiam ipsi facto resisti potest, ut ille peccet gravissimè, & ex mente Goldasti perjurii reus imitari queat. † Nec ullus dubito, quemcūq;*
- 74.
- actum*

etiam Capitulationi adversum esse nullum, vide præd. Capitular. §. 29. & 38. ibi nullvnd nichtig sein item, daß alles soll nichtig sein vnd darfür gehalten werden/ Substito. † Hoc u-
nicum modò monco, regulam illam Dd. vulgatam, quæ, quoties
alterutra pars à conventionè recesserit, nec alteram obligari asserit,
non indiffinitè & ubiq; verificari, quod in-
discursu proba-
bimus.

Quæstio III.

An Capitulatio Cæsarea Majestati seu absolutæ potestati Imperatoris detrahatur?

† Sæpius jam hæctenus id affirmate nullus dubitavi, quicquid
etiam in contrarium moliri annitantur & allaborent alii viri
sanè eruditissimi, quibus vel ipse Arumzus noster viam præmu-
nivit, vol. 4. Disc. jur. publ. secundo & tertio. † Ut omnis leſori
benevolè eximatur scrupulus, primò, quibus nostra opinio innitatur
fundamentis, videbimus, post modum contraria examinaturi. †
Argumentum autem, quod erit instar omnium, tale sisto: †
Quodcumq; Majestatis jura Imperatori imminuit, illud omninò Maje-
stati ipsius detrahatur. Atqui de capitulatione verum prius. Ergò & po-
ſſerimus. Prius confirmatur hoc præſyllogium: † Quodcumq; restringit
potestatem fæderum, jus belli, jus teloniorum & vellig alium, jus
ſerendarum & abrogandarum LL. universalium, illud jura Majeſtatis
Imperatoris imminuit: Sed id ipsum sic in capitulatione Cæsarea,
quod patet ex §. 2. §. 7. §. 13. §. 20. §. 23. §. 24. 25. Ergò. † Nec hoc
ipsam vel à Dissensionibus negari video, quia eo unice illos mo-
veri animadverto, quod Majestas secundum formam cuiusq; Reipub-
licæ estimari debeat, in cuius arbitrio sit, quam velit Regiminis
formam, & ex ea resultantis Majestatis jura Electo constituere: † Si-
ve enim plura sive pauciora fuerint, ex concessis tamor: interea ex sur-
gere Majestatem. † Hinc Majestatem non summam in civis &
ſubditos, legibus solutam potestatem, (cum si hæc definitio vera ef-
ſet, nulli Regum Europæorum Majestas erivni poſſit, quia nullius le-
gibus soluta sic potestas) sed summam unius in Regenda Republica po-
testatem definiti volunt, sibi etiam arguetiam perſuadentes, Ma-
jestas

- jessatis naturam nō ex Speculativis imaginationibus, sed prudentum
 hominum secundum eujusq; regis conditionem insitusiū metiendam;
 Et sic etiam Imperatoris nostri Majestatem non aliunde, quā ex Ca-
 pitulatione dijudicandam esse, quae etsi non liberam ei concedat po-
 testatem, attamen quis summa sit, nec aliam sibi parem aut superio-
 rem habeat, restituit eum Majestate verā consistentem & presul-
 gentem dici. Du. D. Just. Sinaoldt cognon. Schütz Coll. de stat.
 9. *Rei Romanae publico disp. s. th. 1. lit. f. p. 165.* † Verū enim verū
 si verum dicere verum est, eorū posterior definitio à priori hauc
 10. discrepat. † Summa enim potestas etiam legibus soluta pote-
 11. stas est. † Sic ipse Aristoteles definit Majestatem, quod sit *τὴν πόλι-
 ον ἄνωγον*, nec non *τὴν πόλιν ἀνωγόναν* *ἀνωγόναν* 3. *polit. c. 6 & 7.* hoc est, *πο-
 λιτεία* ubiq; summa potestas. † Et hinc idem 2. *polit. c. 9.* eum, qui
 12. Majestate polleat, *ἀνωγόνον* vocitat † Deinde, ut quis Majesta-
 13. te praeditus laudari & praedicari possit, non satis est, in quosdam
 Et in quibusdam casibus absolute frui potestate, sed ubiq; Et in om-
 14. nes eidei summa potestas comperat, necesse est. † Non dicam, sed
 sicco prorsus pede praetereo, non sine contradictione offerri, Capitula-
 15. tione Casarea non liberā quidem potestatem Casari concedi, sed ta-
 16. men summam, cum parem aut superiore, non habeat. † Lucem soli
 accenderem, si huic rei evadendā longius immorarer. † Ceterū
 17. lubens largior, Majestate nihilominus nostram coruscate Rempub-
 licam, quatenus ea ut totū quoddā integrale consideratur, tum
 ratione capitis, tum ratione membrorum. † Aliā ratione per Ca-
 18. pitulationem Casaream non tolli & infirmari Imperatoris Maje-
 statem, sed potius firmari arbitrat Du. Limnizius tom. 1. *Juris-
 publ. lib. 1. cap. 12. n. 36. & seqq. p. 229.* † Rationem illam in eo po-
 nit, quod demum post latam & datam Capitulationem conceda-
 19. tur Imperii perfecta administratio, prout A. R. III. 2. §. 5. requi-
 rat. † Sed quae amabo consequentia? Minus recte etiam Vir ille
 20. *Eruditissimus* aliam facit generalem, aliam specialem. Quo de in cō-
 sultu.

QUESTIO IV.

- An Capitulationi Casarea innitetur Majestas Realis?
 11. † Pleno ore quaestio nem hanc affirmare consuevere nostrates
 Politici sive Jure consulti, prout videre licet ex his, quae habet

Dn. D. Carpz. de L. Regià cap. 1. sect. 14. p. 67. & seqq. & Besold.
 de For. de Majest. cap. 2. † *Majestatem realem dicunt uniuscujusq;* 2.
Reipublice sive imperii fundamentum & summam potestatem, ipsi
perpetuò indurentem, coevam, nec per de. effum Regi aut Principis
expirantem, sed quamdiu corpus Regni perduret, permanentem, ac sub 3.
ipsis interregniis & alterationibus gubernationum persistentem. † Huic
opponunt Majestatem personalem, in personas collatam, cum quibus 4.
concordat, & à quibus in alios transferri queat. † Novissimè hanc
Majestatis distinctionē similitudine pactorū, quæ & personalia & rea-
lia habentur, ab aliis defendi memini, cū & realia nō nisi personarū
sint, & nihilominus à personalibus distincta in jure, & personalia rea-
lia, id est, reverà substantia. † Majestatem verò dicunt illi realem, 5.
quæ in interregniis manet, & potestatem in principem transla-
tam realem simul & personalem esse volunt. † In Rege seu Principe 6.
quidem, ut in capite, in populo, ut in toto, cujus caput sit pars: Adeo q;
Rege aut principe extincto jus imperandi ad populum redire.
† Verùm sive hoc sive priori sensu accipiatur hæc majestatis di- 7.
stinctio, & sive absolutè consideretur, sive applicativè & relativè
ad Imperium nostrum Romano-Germanicum, nobis minus vera & 8.
legitima apparet. † Priori modo intellecta hæc majestatis divi-
sio contra distinctionem implicat, quia ex potestate limitata, quæ im-
proprio & genuino significato majestas dici nequit, atq; ita ex non
Majestate, Majestatem, & ex Majestate non Majestas em efficit, quod
à veris principis Politicis profus alienum. † Idem enim est, ac 9.
si dicerem, hominem esse vel rationalem vel irrationalem, quo exem-
plo congruè utuntur nostrates Philosophi. † Si posteriori sensu 10.
exaudiat hęc Majestatis divisio, non diffiteor equidem, vi-
deri eam primà fronte tolerandam: † Non enim impugno ego- 11.
rum aliis, quod hic opponantur inter se, esse personale & esse rea-
le. Attamē non capio, quomodo in Principe & personalis & rea-
lis majestas tanquam distinctæ & oppositæ species simul subsiste-
re possint. † Neq; aptè dicitur, in Rege Majestatem esse, ut in capite, 12.
in populo autè, ut in toto, cuius pars caput sit. † Hoc enim nihil aliud 13.
est, quàm Majestatem Regis inter Regem & populum scindere & di-
videre, atq; si. Majestatem Regis nō Majestatem facere. † Hinc multò 14.
minus rectè, immò quæ sine contradictione infertur, Rege ex-
incto

15. *si illi jus imperandi ad populum redire, nisi illud de ipso jure in Majestatis*
exercitio plenarie intelligamus. † Secus, qui, quæso, in populo vivo Principe
 16. *potuit esse Majestas, quæ tandem eo extincto ad populum rediit? Quicquid*
verò sit, gravissimè tamen nostro asserto ob stare, contrariamq; sententiam
propugnare videtur, quod secundum tradita Politicorum subiectum ad aqua-
rum Majestatis sit ipse populus liber, civitas vel Respublica libera, cui perpe-
tuo & necessario inbareat, ita ut ab eâ presens removeri & dissolvi non possit.
 17. *† Ergo dixerit quis, potestatis summa Exercitium duntaxat in Principem trans-*
 18. *ferri, ipsam vero potestatem penes populum remanere: † Exercitium illud Ma-*
jestatem personalem, quia non transgrediatur personam Regnantis: Ipsum
autem potestatis & Majestatis jus, Majestatem realem esse quia cum perso-
na non extinguatur, sed non nisi ipsâ, hoc est republicâ liberâ extinctâ ex-
 19. *spiret. † Res hæc fortè declarari posset, (si parva liceat componere magnis)*
exemplo ususfructus, qui personale & reale simul est, ideoq; alteri & eadè
potest, & diverso respectu eadè nequit §. 3. J. de usufr. l. 66. de iur. dot. l.
 20. *12. §. 1. 38. l. 67. de usufr. l. 86. pr. de perit. & commod. rei vend. † Nec non*
 21. *exemplo dotis dominii, quod vel actuale vel potentiale est. † Illud maritico*
 22. *comperit, & soluto matrimonio extinguatur, vocaturq; vile: † Hoc natu-*
rale appellat Just. in l. 30. C. de iur. dot. remanetq; penes uxorem, & demum in
actum prorumpit, ac quasi postliminii jure effectivè ad mulierem regre-
ditur, prout diximus Coll. legal. publ. disp. 5. semidec. q. uli. n. 14. 15. §. 16.
 23. *† Verùm enim verò hic est alius distinctio nem illam Majestatis: explicandi*
 24. *modus à cæteris diversus, quem tamen in præsentiarum in medio relinquo.*
† Sed quid tandem respondendum erit ad formulam illam in Constituti-
onibus Imperii usitatissimam. Eius vobis d. n. Heiligen Reichs / vnser vn. d. n. des
Heiligen Reichs Stadt, vnser vn. d. n. des Heiligen Reichs / vnser vn. d. n. des
 25. *Reichs Majestas personalis per Voculam vobis & Majestas Realis per cætera verba in-*
digitatur. † Uno verbo dicam. Ut ipsam indicat Majestatem, & quod pote-
 26. *stas summa non penes solum Imperatorem, sed simul penes Ordines Imperii*
 27. *resideat. † Id ipsum etiam Casarea Capitulatio satis comprobat. † Eidem ve-*
 28. *rò Majestatem realem iniri, eadèmq; definitè & stabiliri indubie verò dissen-*
taneum est. † Immo ad constitutionem Majestatis realis capitulatione nul-
là opus est, sed ex mente Dd. omni etiam Regno & unicuiq; Reipublicæ per-
petuò & per se inest.

QUESTIO V.

An Imperator major sit Imperio, an imperiū Imperator majus?

1. *† Hic in diversas à se invicem abeunt partes viri Clarissimi, Dn. Reinkingii*
de regim. Sacul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 9. per tot. & Dn. Limnius Tom.
 2. *1. iur. Publ. lib. 1. cap. 12. n. 20. §. 199. Ille prius; Hic posterius defendit. † Nos*
Dn. Reinkingii sententiæ subscribimus, non quidem ob rationes à his ipso ad-
ductas, & compressis in potestate Imperatorum summa fundatæ, siquidem eam & penes Im-
 3. *peratorem, & penes Imperii Ordines simul subsistere sæpe hæcenus diximus, sed potius*
ideo, quod non modo quædam Majestatis summa soli Imperatori reservata, sed etiam
liberè exerceat, sed & reliquæ Majestatis partes, licet certo modo demactæ, mo-
derationi tamen Cæsarum simul relictae sint: † Tantum Terminalia sunt.

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO-GERMANICI
 SEMIDECAS OCTAVA.
 QUÆSTIO. I.

An imperium Imperatore majus, an verò Imperator
 major Imperio?

Respondē-
 te: Johan:
 VVoiffg.
 Grünwaldt
 Ratiob.

† **Q**uæstio bujus semideca dū prima esto, quæ erat septi-
 ma ultima, & quæ ibi non admittēbat chartæ an-
 gustia, nunc proponemus. † Bigam verò nuperrimè
 produximus *Virorum Doctissimorum, Reinkingii & Limnei*, circa hanc controversiam inter se
 dissentientium. † Illius quidē opinioni subscripsimus, tamen tamen
 rationibus ejus approbatis, sed aliis inducti fundamentis, quorum
 primarium brevissimis consignavimus. † Syllogismo id expres-
 sum hūc iterum repetemus. † *In quemcumq; Principem ab Imperii*
statibus potestatis translatā est, ut quadam Majestatis jura eidem
soli, ejusdemq; libero exercitio reservata, quadam verò licet eidem
certo modo restricta, nihilominus tamen illius moderationi simul re-
lieta sint, id ceriè Imperii statibus (hos per Imperium subintelligo)
major est. Atqui de Imperatore nostro verum prius. E. & post-
 rius. † *Major propositio* omnicaeret dubio. *Minor* etiam in pro-
 patulo est, eandemq; confirmabunt ea, quæ de *statu Imperii*
nostri Romano-Germanici aliquando dicentur. † Jam contraria
 diluenda erunt. Pro Dn. Limneo autem facit. † 1. Fidelitatis ju-
 ramentum Imperatoris ipsi Imperio præstitum, de quo alicui bi
 Hortlederus, vnd ist dem Reich mit Pflichten verwand. Er-
 klärung des Landfriedens zu Nuspurg de Anno 1500. tit.
 vom auffgerichtten Landfrieden zu Wormbs de Anno 1527.
 auffgericht vom auffgerichtten Landfrieden Keis. Land
 fried Anno 1548. zu Nuspurg auffgericht tit von auffge-
 richtten Landfrieden. 1. Imperii Majestas realis à qua Majes-
 tas Imperatoris tanquam fundamentum à fundamentato di-
 stia.

- stinguitur. Illa est durabilior. Hæc cum Imperatore interit & annihilatur. † III. Officii Imperatorii qualitas & conditio; m-
9. perator enim minister Imperii dicitur. † IV. Crimen læsæ Maje-
10. statis realis, quod committitur ab Imperatore in Imperiū, quā-
- do scilicet hostili animo adversus Rempublicam est animatus
11. *l. ult. D. ad L. Jul. Majest.* † Sed respondemus, juramentum il-
- lud, quod præstat Imperator Imperio, nullo modo esse *juram-*
- entum fidelitatis propriè dictum, nec omnem juramenti præsta-*
- tionem illicd præsupponere quandam superioritatem ejus, cui ju-*
- ratur, cum eadem vel inter patilis conditionis homines locum*
12. obtineat. † Exemplo esse possunt *conventiones omnes juramento*
- vel ab urr. q. vel ab alterius a contrahentium parte corroborata.*
13. † Juramentum illud, quo de jam nobis sermo, non præstat Im-
- perator ut Imperiū *vasallus*, neq; etiam eo finit, ut Imperium tan-
- quam *feudum sibi concedatur, sed potius ut Rex Romanorum jam*
- electus*, utq; Ordines Imperii populusq; universus eum magis
- magisq; ad officii, eorumq; quæ promissit, præstationem obli-
14. gatum & adstrictum habeat. † Uti igitur inter privatas perso-
- nas promissio jurata non confert parti alteri contrahenti supe-
- rioritatem, ita nec imperio, hocce Imperatoris juramentum.
15. † At dixeris, per Juramentum omnino imminui Imperatoris
16. potestatem prout in præcedenti semidecade diximus. † Respon-
- deo, id non fieri ob ipsum juramentum, sed ob qualiter eor-
17. um quæ promittuntur, & jurato confirmantur. † Et licet vel
- maximè ea potestati absolutæ detrahendi vis *ipsi juramento* ines-
- se concederetur, inde tamen minus rectè infereretur, *Imperi-*
- um esse Imperatore majus*, hoc est *majori pollere potestate, quam i-*
18. *psum Casarem.* † Etenim in eo tantum Imperatoris Majestas
- imminuitur, ne ipse solus quædam Majestatis jura absq; Proce-
19. rû, aut ad minimū Electorum Imperii consensu exerceat. † II. Ex
- his, quæ jam in *semidecade septimâ* diximus constare satis, illam
- Majestatis in *Realem & personalem* divisionem haut firmo fere-
20. talo. Omne igitur quod eidem tanquam fundamento super-
- struitur, contruit. † Itò posito, Majestatem Imperatori tan-
- quam fundamentū à fundamentato distingui, consequentia ta-
- men exinde deducta haut erit legitima, quod scilicet illa hac po-
- tior

rior esse nequeat. † Sanè nullo alio respectu *Majestas realis* fundamētū dicitur, quàm quod ab eā *Majestas personalis* profluat, pendeat, suamq; trahat originem, quodq; regem populus constituat. † Omne autem *constitutus constituto* superius, & Rex propter *populum*, non verò *populus* propter *regem* esse videtur. † Hinc in *reclā Republicā* primariò *torius populi* utilitas, secundariò *taudem Imperantis* commodum attenditur. † Quo ipso *Monarchia* discriminatur à *Dominatu & Tyrannide*, per ea quæ docent Philosophi. † Plausibilia hæc quidem minùs tamen vera sunt. Ubiq; *consequentia* vacillat. † Respōdemus nãq; per instatū: † *Preceptor* est propter *discipulū*, *tutor* propter *pupillū*. Ergo nē *discipulus* *preceptore*, *pupillus* *tutore* superior est? † Sic *servus* cōstituit *dominū*, *uxor* *maritū*, *debitor* *creditorem*, nec tamen *servus* *domino*, *uxor* *marito*, *debitor* *creditore* dicendus est superior. † Ita etiam *domus*, fundamentum est *civilitatis*, & prius *quid tempore*, ex quo demum orta est *societas Politica*. † Quis tamen domui prærogativam attribuet? † *Judex* non minus est propter *partes litigantes*: Absit verò, ut *his illum* præferamus. † III. Imperatorem non nisi certo respectu inq; *sensu duntaxat lato & abusivo* Imperii ministerium dici: † Neque enim ministerium illud *serviendò*, sed tantum *inserviendò*, nō *parendò*, sed *imperandò* peragitur. † *Et in hoc significato*, non omnis *minister* eo inferior existit, *cujus minister* est, quod ex modo commemoratis exemplis facile patet. † De inde probè observandum, quod *Ludovicus Pius*, ad *cujus auctoritatem Dn. Limnæus* provocat, administrationem Regni sive Imperii ministerium quidem dixerit, *summam tamen istius ministerii* sibi ipse adscribat, & *partem eiusdem* statibus Imperii assignet. † IV. Falsum esse, quod *crimen lese majestatis* ab Imperatore in *Republicam nostram* committi possit, quoad *diu Imperator* est. † Ubi enim non est unà ex parte *subiectio*, ex altera verò *Majestas*, tibi profectò *lesa Majestatis* crimen cessat. Sed hic neque ex parte *Cæsaris subiectio*, neq; ex parte *statuum Imperii Majestas*. E. † Si quis forte exceperit, immò Ordines Imperii *de Majestate* participare. † Ei repono (1) *utrumq;* *requisitum* exigi, nec sufficere *alterutrum*, (2) Ordines Imperii licet *Majestatis* certo modo participes sint, minimè tamē *eosdem* illicò per idipsum *Majores*

- Reichstags Abschiede, Abschiede der Reichstäge/ Reichstä-
ge Ordnung vnd Satzungen/ Reichs Cōstitutiones appellari,
13. noto notius est. † Appellationis rationem inquisivimus, sed
nondum eam investigatam apud Dd, quos quidem nunc inspe-
14. ximus, offendimus † Si conjecturare liceat, fortean idē Imperii
leges Recessus audiunt, quōd nimirum illæ sint *inftar secre-*
torum Imperii, Recessus animorū, h. e. cogitationes reconditæ Caesaris
statuumq; Imperii, vel quod per eas à variis dissensionib; recedatur;
aquūq; ab iniquo se jūgatur. † Quo intuitu etiā Germanis Abschiede
dici videntur, weil dardurch daß Recht von dem/so vnrecht
16. abgethieden wtrd. † Et facit huc vulgare illud: Einem den
Abschied geben/ quod nihil aliud est, quā si dicerem, Einem
von den andern/ dessen Dienst vñ Unterhaltung scheiden/
17. absondern. † Sed manum de tabulā. Nihil certi hac vice circa
18. rem præsentem definitio & pono. † Ad ipsius questionis decisio-
19. nem potius accedo. † Intrepidè verò statuo, Recessus Imperii
haut aptè & congruè à Dd, vulgò definirī, quod sint communes
Reipublica seu Imperatorū & statuum sponsones, ad ipsam Imperii ad-
20. ministrationem spectantes, ab Imperatoribus & statibus Imperii & a
21. Matthias Borrius apud Arumzum nostrum, cum plū ibidē aliis.
† Generis loco sponsonis vox ponitur, quæ tamen variè, &
vel inspecie pro stipulationis cōtractu, vel ingenere pro quacunq;
promissione accipitur l. 19. D. de adil. edict. l. 7. D. de V. S.
ubi scribit Paulus sponsonem appellari, non solum quæ per sponsus
(ita re aliū legitur, quā sponsi) interrogationem fit, sed omnem
22. stipulationem promissionēq; † Sensus est; sponsonis verbum non tan-
tūm pertinet ad sponsus, hoc est, Calumniam & litis stipulationem, sed ad
quamlibet aliam stipulationem & promissionem, tam tacitam,
quā expressam, tam nudam sine interrogationis & sponsonis so-
23. lennitate contractam, quā solemnem. † Consule omnino Gred-
deum in Comment. ad d. l. 7. de V. S. eruditè contrā Alciatum, qui
hoc responsum Pauli de solā stipulatione interpretatur, dissertan-
24. tem. † Quov rō io significato sponsonis vox hic accipienda sit,
25. definitio haut uocet. † Nulla enim subiectus differentia specifi-
quæ

qua ipsam genus restringat. † Deinde etiam siue sponsonis verbum
 sumatur pro stipulatione, siue pro quocumq; pacto, seu quacumq; con-
 ventione, essentiam tamen ipsorum Imperii Recessuum non ex-
 primit, quia eos non pacta & contractus esse, neq; in vim con-
 tractus tantum valere, sed potius propriè leges esse, vimq;
 legis habere, in questione tertiâ mox dicitur. † Nec cer-
 tè obstat nobis, quod ipsa Lex definiatur communis Reipublicæ
 Sponso l. 1. & 2. D. de LL. † Illa namq; legis descriptio aut po-
 tius commendatio vel non spectat ad Legem in genere sumtam,
 sed quatenus ea consideratur in statu Reipubl. populari, vel eo
 tantum respectu legem communem Reipublicæ Sponsonem
 dicit, quod scilicet Respublica aut tacitè aut expressè legem con-
 sensu suo approbet. † Expressè in statu Democratico; Tacitè in
 statu Monarchico, & Aristocratico. † Porò in prædictâ definiti-
 one frustranea sit repetitio personarum, à quibus sponsones illæ fiunt,
 † Et quidem eò magis repetitio eadem in reprehensionem ven-
 nit, quod pro verbis ab Imperatore, substituat, ab Imperatoribus.
 † Vel si posterior loquendi modus convenientior esset, & in
 definitionis principio ille retinendus fuisset. † Deniq; adhuc du-
 bium est, utrum apè etiam vocabulum, *Sancira*, à sponsonibus
 prædicetur, iisdemq; attribuat? † Sponsones namq; quocumq;
 etiam modo accipiantur, *juridicè loquendo*, sanciri non viden-
 tur, quod tamen in præsentiarum in dubio relinquo. † Cate-
 rùm memoriâ nondum excidit Poëtæ versus: *Audiat hæc genitor,*
qui fædera fulmine sancit, id est, confirmat, sanctaq; esse facit.

Quæstio III.

Quid sint Recessus Imperii, & utrum illi valeant tan-
 tum modo in vim contractus, an solùm in vim

legis, an verò ætatis; vi & virtute polleant?

† Ardúa multisq; difficultatibus involuta est hæc quæstio. 1.
 † Tentabimus tamen aliquid in eadem enucleandâ, expertu- 2.
 ri, quid valeant humeri, quid ferre recusent. † Recessus Impe- 3.
 rii minùs congruè per sponsones definiri aliquâ ex parte jam 4.
 evicimus. † Quid igitur illi tandem sint, indubiè ex nobis quæ- 5.
 rent dissentientes. † Paucissimis respondeo, *illos nimirum nihil*

aliud

- pitulationis capita a nō coactē sed liberē, nullaq; in e vitābili necessitate
 vel salute publicā impellere agēti, eū ab universis, eū a singulis Imper-
 rii Ordinib; precibus, petitionibus, humiliūq; protestationibus con-
 68. traveniri potest. † Secunda regula ita haberi Casari liberē & ex pro-
 aresti contra ea Capitulationis capita, quæ ipsum Reipublica statum
 immediatē afficiunt, & Majestati derogant, agentis, & actionesq; suas
 armis persequenti, nec ab iis, quamvis subiectissimē & instantissimē
 69. admonitis fueris, desistenti, armis etiā resistendū est. † Quod ipsū ita
 70. probat. † Certum est, per Capitulationem Casaream dividi certa
 Majestatis jura inter Regem Romanorum & Imperii Ordines
 ac comprimis Electores, atq; ita hosce omnes Majestatis par-
 ticipes esse, ut Imperator habeat partem potestatis, partem al-
 terā status Imperii. † Quando igitur Imperator hanc sibi certo
 71. modo detinētā potestatis partē atq; sic minū plenē suā fortē
 violenter & prædicto modo exerceret, tunc profectū vis impe-
 rio injusta inferretur, eidemq; vis justa opponi posset, ma-
 ximē idē, quia tali in casu nullum Casar habet imperium libe-
 rum, nullamq; potestatem absolutam, & per consequens quoad
 72. hunc actum minimē Imperantis locum tenet. † Ex adverso
 autem, quia Proceribus Imperii communicatæ sunt Majestatis
 partes, nō potest nō simul jus eadē defendendi esse concessum,
 73. quod omnia jura sanē permittunt. † Immo nō tam permittitur,
 quam præcipitur, ut vim vi repellamus l. 3. junct. l. 2. D. de J. & J.
 74. † Tertia Regula est: *Quamvis Imperatori articulos Capitulationis
 transilient resisti queat, nunquam tamen ita eidem resistendum, ut
 ille Imperia omni prorsus deponatur & depellatur, per rationem à
 Lampadio adductam, sed potius, ut corrigatur, adq; strictam pro-
 missorum observantiam compellatur: nisi fore casus aliter Imperii Or-
 dines se suasq; jura tueri non possint, sed omnis emendationis spes peni-
 75. tus recollat. † Atq; hoc demum in casu locum obtinet Arvisai, &
 76. qui cum ipso faciunt, opinio. † Quarta regula ex præcedentibus
 77. præsumitur & illativa est. † Imperatori contra Capitulationis capita, quæ
 ipsum Reipublica statū proximē non respiciunt, sed eodem integro per-
 manētē a esse vel absesse possunt, nec Majestati immittunt, agentis, nou-
 78. rquam ipso facto resisti potest, ut ut ille peccet gravissimē, & ex mente
 Goldasti perjurium incurrat queat. † Nec ullus dubito, quemcūq;
 actum**

adum Capitulationi ad verbum esse nullum, vide prædict. Capitulation. §. 20. & 28. ibi nullvnd nichetig sein item, daß alles soll nichtig sein vnd darfür gehalten werden / Substituto. † Hoc u-
nicum modo monco, regulam illam Dd. vulgatam, quæ, quoties
alterutra pars à conventionione recesserit, nec alteram obligari asscit,
non indistinctè & ubiq; verificari, quod in-disursu proba-
bimus.

Quæstio III.

An Capitulatio Cæsarea Majestati seu absolutæ pote-
tati Imperatoris detrahatur?

† Sæpius jam hæcenus id affirmare nullus dubitavi, quicquid
etiam in contrarium moliri annitantur & allaborent alii viri
sanè eruditissimi, quibus vel ipse Arumzus noster viam præmu-
nivit, vol. 4. Diss. juris publ. secundo & tertio. † Ut omnis leſtori
benevolæ eximatur scrupulus, primò, quibus nostra opinio innitatur
fundamentis, videbimus, post modum contraria examinaturi. †
Argumentum autem, quod erit instar omnium, tale sisto: †
Quodcumq; Majestatis jura Imperatori imminuit, illud omninò Maje-
stati ipsius detrahatur. Atqui de capitulatione verum prius. Ergò & po-
sterius. Prius confirmatur hoc præsyllogismo: † Quodcumq; restringit
potestatem fœderam, jus belli, jus coloniarum & vestigialium, jus
ferendarum & abrogandarum L. L. universalium, illud jura Majeſta-
tis Imperatori imminuit: Sed id ipsum fit in capitulatione Cæsarea,
quod patet ex §. 2. §. 7. §. 13. §. 20. §. 27. §. 24. 25. Ergò. † Nec hoc
ipsum vel à Dissentientibus negari videtur, quin eo unice illos mo-
veri animadverto, quod Majestas secundum formam cujusq; Reipub-
licæ estimari debeat, in cuius arbitrio fit, quam velint Regiminis
formam, & ex ea resultantia Majestatis jura Electo constituere: † Si-
ve enim plura: sive pauciora fuerint, ex concessis tamen inter ea exsur-
gere Majestatem. † Hinc Majestatem non summam in cives &
subditos, legibus solutam potestatem, (cum, si hæc definitio vera ef-
set, nulli Regum Europæorum Majestas tribui posset, quia nullius le-
gis soluta sic perest.) Sed summam unius in Regem à Republica po-
testatem definiunt, ubi etiam atq; etiam persuadentes, Ma-
jestatis

- gestatis naturam nō ex Speculativis imaginationibus, sed prudentium hominum secundum cuiusq; regni conditionem instituti merendam; & sic etiam Imperatoris nostri Majestatem non aliunde, quā ex Capitulatione dijudicandam esse, qua etsi non liberam et concedas potestatem, at tamen quia summa sit, nec aliam sibi parem aut superiorem habeat, videtur eum Majestate verā coruscantem & presulgentem dici. Dn. D. Just. Sinolet cognon. Schütz Coll. de stat. Rei Romanae publico disp. 4. tb. 1. lit. f. p. 165. † Verū enim verū si verum dicere verum est, ecce posterior definitio à priori hauc discrepat. † Summa enim potestas etiam legibus soluta potestas est. † Sic ipse Aristoteles definit Majestatem, quod sit τῆς πόλεως κύριος, nec non τῆς πόλεως πρῶτος ἀρχὴς ἀβελῶν 3. polit. c. 6 & 7. hoc est, in civitate ubiq; summa potestas. † Et hinc idem 2. polit. c. 9. eum, qui Majestate polleat, ἀντιπόδον vocitat. † Deinde, ut quis Majestate praeditus laudari & praedicari possit, non satis est, in quosdam & in quibusdam casibus absolute frui potestate, sed ubiq; & in omnes eadem summa potestas competat, necesse est. † Non dicam, sed si eo prorsus pede praetereo, non sine contradictione asseri, Capitulatione Caesarca non liberā quidem potestatem Casari concedi, sed tamen summam, cum parem aut superiore, non habeat. † Lucem soli accendere, si huic rei evadenda longius immorater. † Caterūm lubens largior, Majestate nihilominus nostram coruscante Republicam, quatenus ea ut totū quoddā integrale consideratur, tum ratione capituli, tum ratione membrorum. † Aliā ratione per Capitulationem Caesarem non tolli & infirmari Imperatoris Majestatem, sed potius firmari arbitratur Dn. Limnius tom. 1. Juris publ. lib. 1. cap. 12. n. 36. & seqq. p. 229. † Rationem illam in eo ponit, quod demum post latam & datam Capitulationem concedatur Imperii perfecta administratio, prout A. R. ut. 2. §. 5. requiratur. † Sed quae amabo consequentia? Minus recte etiam Vir ille Eruditissimus aliam facit generalem, aliam specialem. Quo de in cō-

QUESTIO IV.

- An Capitulationi Caesarca innitatu: Majestas Realis?
 † Pleno ore quaestio hanc affirmare consuevere nostros Politici sive Jure consulti, prout videre licet ex his, quae habet

Dn. D. Carpz. de L. Regiâ cap. 1. sect. 14. p. 67. & seqq. & Besold.
 di. Ferr. de Majest. cap. 2. † *Majestatem realem* dicunt uniuscujusq;
 Republice sive Imperii fundamentum & summam potestatem, ipsi
 perpetuò inderentem, coevam; nec per decessum Regiù aut Principis
 expirant: em. sed quamdiu corpus Regni perduret, permanentem, ac sub
 2.
 3.
 4.
 5.
 6.
 7.
 8.
 9.
 10.
 11.
 12.
 13.
 14.
 ipsi interregna & alterationibus gubernationum persistentem. † Huic
 opponunt *Majestatem personalem*, in personas collatam, cum quibus
 concidat, & à quibus in alios transferri queat. † Novissimè hanc
Majestatis distinctionem similitudine pactorù, quæ & personalia & rea-
 lia habentur, ab aliis defendi memini, cùm & realia nò nisi personarù
 sint, & nihilo minò à personalibus distincta in jure, & personalia rea-
 lia, id est, reverà substantia. † *Majestatem verò* dicunt illi *realem*,
 quæ in interregnis manet, & potestatem in principem transla-
 tam *realem simul & personalem* esse volunt. † In Rege seu Principe
 quidem, ut *incipite*, in populo, ut *totò, cuius caput sit pars*: Adeoq;
 Rege aut Principe extincto jas imperandi ad populum redire.
 † Verùm sive *hoc* sive *priori sensu* accipiat hęc majestatis di-
 stinctio, & sive *absolutè* consideretur, sive *applicativè & relativè*
 ad Imperium nostrum Romano-Germanicum, nobis minùs vera &
 legitima appareat. † *Priori modo* intellectà hęc majestatis divi-
 sio *contradictionem* implicat, quia *ex potestate limitatà*, quæ inpro-
 prio & genuino significatu majestas dici nequit, atq; ita ex non
Majestate, Majestatem, & ex *Majestate non Majestatem* efficit, quod
 à veris principiis Politicis profus alienum. † Idem enim est, ac
 si dicerem, *hominem esse vel rationalem vel irrationalem*, quo exem-
 plo congruè utuntur nostrates Philosopher. † Si *posteriori sensu*
 exaudiat hęc Majestatis divisio, non diffiteor quidem, vi-
 deteam primà fronte tolerandam: † Non enim impugno, ego
 cum aliis, quod hinc opponuntur inter se, *esse personale & esse rea-
 le*. Attamè non capio, quomodo in Principe & personalis & rea-
 lis majestas tanquam distinctæ & oppositæ species simul subsistere
 possint. † Neq; aptè dicitur, *in Rege Majestatem esse, ut in capite*,
in populo autè, ut in toto, cuius pars caput sit. † Hoc enim nihil aliud
 est, quam *Majestatem Regià inter Regem & populum scindere & di-
 videre, atq; si Majestatem Regià non Majestatem facere*. † Hinc multò
 minus rectè, immò aq; sine contradictione inferitur, *Rege ex-
 tincto*

- in illo jus imperandi ad populum redire, nisi illud de ipso jure in Majestatis exercitio plenario intelligamus. † Secus, qui, quæso, in populo vobis Principio potuit esse Majestas, quæ tandem eo extincto ad populum rediit? Quicquid verò sit, gravissimè tamen nostro asserto obviare, contrariamq; sententiam propugnare videtur, quod secundum tradita Politicorum subjectum ad aquant Majestatis sit ipse populus liber, civitas vel Respublica libera, cui perpetuo & necessarîo inhereat, ita ut ab eâ prorsus removeri & ab illi non possit.
- † Ergo dixerit quis, potestatis summa Exercitium duntaxat in Principem transferri, ipsam vero potestatem penes populum remanere: † Exercitium illud Majestatem personalem, quia non transgrediatur personam Regnantis: Ipsum autem potestatis & Majestatis jus, Majestatem realem esse quia cum personâ non extinguitur, sed non nisi ipsâ, hoc est republicâ liberâ extrinsecè exspiret. † Res hæc foridè declarari posset, (si parva liceat componere magni) exemplo usufructus, qui personale & reale jus simul est, ideoq; alteri & eadè potest, & diverso respectu cedi nequit §. 3. 7. de usufr. l. 66. de Jur. dot. l. 1. §. 2. l. 38. l. 67. de Usufr. l. 86. pr. de per. & commod. rei vend. † Nec non exemplo dotis domini, quod vel actuale vel potentiale est. † Illud marito competit, & soluto matrimonio extinguitur, vocaturq; virgile: † Hoc naturale appellat just. in l. 30. C. de Jur. dot. remanetq; penes uxorem, & demum in auctum prorumpit, ac quasi possit in jure effectivè ad mulierem regreditur, prout diximus Coll. legal. publ. disp. 5. semidec. q. ult. n. 14. 15. & 16.
- † Verum animè verò hic est alius distinctio nem illam Majestatis explicandi modus à cæteris diversus, quem tamen in præsentiarum in medio relinquo.
- † Sed quid tandem respondendum erit ad formulam illam in Constitutionibus Imperii usitatissimam, vns vnd den Heiligen Reich/ in vns vnd des Heiligen Reichs Stadt/ vnser vnd des Heiligen Reichs Raths/ ubi certè & Majestas personalem per Voculam vns: & Majestas Realem per cætera verba indicatur. † Uno verbo dicam. Distinctam indicat Majestatem, & quod potestas summa non penes solum Imperatorem, sed simul penes Ordines Imperii resideat. † Id ipsum etiam Casarea Capitulatio satis comprobat. † Eidem verò Majestatem realem in iuri, eademq; definitur & stabiliri indubie verò dissentaneum est. † Immo ad constitutionem Majestatis realis capitalatione nulla opus est, sed ex mente Dd, omni etiam Regno & unicuiq; Respublicæ perpetuo & per se inest.

QUESTIO V.

- An Imperator major sit Imperio, an imperiū Imperatore majus?
- † Hic in diversas à se invicem abeunt partes viri Clarissimi, Dn. Reinkingii de regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 7. cap. 9. per tot. & Dn. Limnæus Tom. 1. Jur. Publ. lib. 1. cap. 12. m. 20. & segg. Ille prius; Hic posterius defendit. † Nos Dn. Reinkingii sententiæ subscribimus, non quidem ob rationes ab ipso adductas, & comprimi in potestate Imperatorum summâ fundatæ, siquidem eato & penes Imperatorem ad penes Imperii Ordines simul subsistere sæpe habemus diximus, sed quia idè, quod non modo quædam Majestatis summa soli Imperatori reservata, sed quæ solus liber exerceat, sed & reliquæ Majestatis partes, licet certo modo derivatæ, moderationi tamèn Cæsaris simul relictae sint. † Tantum Terminalia sunt.

Gratiâ Favente Divinâ!
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO-GERMANICI
 SEMIDECAS OCTAVA.
 QUÆSTIO. I.

An imperium Imperatore majus, an verò Imperator
 major Imperio?

Respondet
 re Johan:
 V Volffg.
 Christianaldi
 Ratisb.

¶ **Q**uæstio hujus semidecadi prima est, quæ erat septi-
 me ultima, & quæ ibi non admittebat chartæ an-
 gustia, nunc proponemus. ¶ Bigam verò nuperri-
 mè produximus *Virorum Doctis simorum, Reinkin-*
gii & Limnai, circa hanc controversiam inter se
dissentientium. ¶ Illius quidè opinioni subscripsimus, minùs tamen
rationibus ejus approbatis, sed *aliis inductis fundamentis*, quorum
 primarium brevissimis signavimus. ¶ Syllogismo id expres-
 sum hùc iterum repetemus. ¶ *In quemcundq; Principem ab Imperii*
statibus potestas translatà est, ut quedam Majestatis jura eidem
soli, ejusdemq; libero exercitio reservata, quadam verò licet eidem
certo modo restricta, nihilominus tamen illius moderationi simul ve-
lita sine, in certè Imperii statibus (hos per Imperium subintelligo)
 major est. Atqui de Imperatore nostro verum prius. E. & poste-
 rius. ¶ *Major propositio* omnicaetè dubio. *Minor* etiam in pro-
 patulo est, eandemq; confirmabunt ea, quæ de *statu Imperii*
nostri Romano-Germanici aliquando dicentur. ¶ Jam contraria
 diluenda erunt. Pro Dn. Limnzo autem facit. ¶ I. Fidelitatis ju-
 ramentum Imperatoris ipsi Imperio præstitum, de quo alicubi
 Horstedeus, vnd ist dem Reich mit Pflichten verwand. Ex-
 klärung des Landfriedens zu Nuspurg de Anno 1500. tit.
 vom auffgerichtten Landfrieden zu Wormbo de Anno 1522.
 auffgericht in vom auffgerichtten Landfrieden Keis. Land
 fredo Anno 1548. zu Nuspurg auffgericht tit von auffge-
 richtten Landfrieden. ¶ Imperii Majestas realis, à qua Maje-
 stas Imperatoris tanquam fundamentum à fundamentatio di-

- stinguitur. Illa est durabilior. Hæc cum Imperatore interit & annihilatur. † III. Officii Imperatorii qualitas & conditio; imperator enim minister Imperii dicitur. † IV. Crimen læsæ Majestatis realis, quod committitur ab Imperatore in Imperiū, quædo scilicet hostili animo adversus Rempublicam est animatus
9. *l. ult. D. ad L. Jul. Majest.* † Sed r. spondemus, juramentum illud, quod præstat Imperator Imperio, nullo modo esse *juramentum fidelitatis proprie dictum*, nec omnem juramenti præstationem illicò præsupponere *quandam superioritatem* ejus, cui juratur, cum eadem vel inter parilis conditionis homines locum
10. obrineat. † Exemplo esse possunt *conventiones omnes juramento vel ab utraq; vel ab alterutra* contrahentium parte corroboratæ.
11. † Juramentum illud quo de jam nobis sermo, non præstat Imperator ut *Imperii vasallus*, neq; etiam eo fine, ut Imperium tanquam *feudum sibi concedatur*. sed potius ut *Rex Romanorum jure electus*, utq; Ordines Imperii populusq; universus eum magis magisq; ad officii, eorumq; quæ promisit, præstationem obligatum & adstrictum habeat. † Uti igitur inter privatas personas promissio jurata non confert parti alteri contrahenti superioritatem, ita nec imperio hocce Imperatoris juramentum.
12. † At dixeris, per Juramentum omnino imminui Imperatoris potestatem prout in præcedenti semidecade diximus. † Respondeo, id non fieri ob ipsum juramentum, sed ob qualitatem eorum quæ promittuntur, & juratò confirmantur. † Et licet vel
13. maximè ea potestati absolutæ detrahendi vis *ipso juramento* inesse concederetur, inde tamen minus rectè inferretur, *Imperium esse Imperatore majus*, hoc est *majori pollere potestate, quam ipsum Casarem*. † Etenim in eo tantum Imperatoris Majestas imminuitur, ne ipse solus quædam Majestatis jura absq; Proce
14. rû, aut ad minimū Electorum Imperii consensu exerceat. † II. Ex his, quæ jam in *semidecade septimâ* diximus constare satis, illam Majestatis in *Realem & personalem* divisionem haut firmo stare
15. tælo. Omne igitur quod eidem tanquam fundamento superstruitur, cotruit. † Imò posito, Majestatem Imperatori tanquam fundamentū à fundamentato distingui, consequentia tamen exinde deducta haut erit legitima, quod scilicet illa hæc pot

rior esse nequeat. † Sane nullo alio respectu *Majestas realis* fundamenti dicitur, quam quod ab ea *Majestas personalis* profuatur, pendeat, suamq; trohat originem, quodq; regem populus constituat. † Omne autem *constitutus constituto* superius, & *Rex propter populum*, non verò *populus propter regem* esse videtur. † Hinc in *reclâ Republicâ* primariò totius populi utilitas, secundariò tandem *Imperantis* commodum attenditur. † Quò ipso *Monarchia* discriminatur à *Dominatû & Tyrannide*, per ea quæ docent Philosophi. † Plausibilia hæc quidem minùs tamen vera sunt. Ubiq; *consequentia* vacillat. † Respõdemus nãq; per inflatã: † *Præceptor* est propter *discipulũ*, *tutor* propter *pupillũ*. Ergo nõ *discipulus præceptore*, *pupillus tutore* superior est? † Sic *servus* cõstieuit *dominũ*, *uxor maritũ*, *debitor creditorem*, nec tamen *servus domino*, *uxor marito*, *debitor creditore* dicendus est superior. † Ita etiã *domus*, fundamentum est *civitatis*, & *prius quid tempore*, ex quo demum orta est *societas Politica*. † Quis tamen domui prærogativam attribuet? † *Judex* non minus est propter *partes litigantes*: Absit verò, ut *his illum* præferamus. † III. Imperatorem non nisi certo respectu inq; *sensu duntaxat lato & abusive* Imperii ministerium dici: † Neque enim ministerium illud *serviando*, sed tantum *inserviando*, nõ *parendo*, sed *imperando* peragitur. † Et in hoc *significatu*, non omnis *minister eo inferior* existit, *cujus minister* est, quod ex modò commemoratis ex *emplis* facillè patet. † De inde probè observandum, quod *Ludovicus Pius*, *ad cuius auctoritatem Dn. Limnius provocat*, administrationem Regni sive Imperii ministerium quidem dixerit, *summam tamen istius ministerii* sibi ipse adscribat, & *partem eiusdem* statibus Imperii adsignet. † IV. Fallum esse, quòd *crimen læsæ maiestatis*, ab Imperatore in Republicam nostram committi possit, quamvis Imperator est. † Ubi enim non est unã ex parte *subiectio*, ex alterã verò *Majestas*, ibi profectò *læsæ Maiestatis crimen* cessat. Sed hic neque ex parte *Cæsaris subiectio*, neq; ex parte *statuum Imperii Majestas*. E. † Si quis fortè exceperit, immò *Ordines Imperii de Majestate* participare. † Ei repono (1) *utrumq;* *requisitum* exigi, nec sufficere *alterutrum*, (2) *Ordines Imperii licet Majestatis certo modo* participes sint, minimè tamẽ *eosdem* illicò per idipsum *Majores*

- Imperators, in modo nec eidem pare effici, quod superius jam de-*
 40. *mo astratum dedimus. Et quomvis posterius verum esset, nemo*
tamen ignorat, quod par in pare nullum profusit imperium,
multo minus par in pare crimen læsæ Majestatis committere valeat.
 41. † Nec quicquam roboris aut firmitati Dn. Limnazi asserto
 largitur lex, quam pro se allegat, *ultima D. ad L. Julianæ Maje-*
statis, utpote quæ non de principe, sed de subdito criminis perdu-
 42. *ellionis habili & adequato exaudienda est. † Quin potius crimen*
perduellionis contra ipsum principem committi, expressis verbis i-
 43. *bidem asseritur. † Subiectum a tem hujus criminis habile non ex-*
traneus, sed subditus est, quicquid etiam pro contrariâ opinione
 44. *adferat Alberic. Gentil. disput 5. ad L. Jul. Majest. † Qui enim*
haut agnoscit Majestatem, nec eidem subiectus est, ille Majesta-
tem violare nequit, quia crimen istud relationem quandam subdi-
ti & Magistratus importat, quæ deficit in non subdito sive extraneo.
 45. † Peccat quidem extraneus etiam contra principem vel Repu-
 blicam aliquid moliendo, verum non eo modo, quò subditus,
 46. *ideoq; & pœna diversa evadit. † Elegans hanc in rem est Senecæ*
locus: Non ages, inquit, necum Respublica læsæ, si Senatorem A-
 47. *theniensem occidero, sed sadi. † Hoc præsupposito nonquam cer-*
tè Cæsar crimen læsæ Majestatis committeret, nisi fortè eum prin-
cipem & subditum simul uno eodemq; respectu, uno eodemq;
 48. *tempore esse posse, absurdè statuere velimus. † Atq; sic remotis*
 49. *dubirandi rationibus, quibus Dn. Limnæus pugnat, suamq; opi-*
nionem propugnat, cesso: † Unicum hoc, quod nostram
confirmat, coronidis loco annectens, quod scilicet in clausu-
lis illis Constitutionum Imperii consuetis non imperium sed
Imperator præponatur. vnsern vnd deo Heiltigen Reichs On-
terthanen/vnsern vnd deo Heiltigen Reichs Churfürsten
quoru n etiam in Semidecade præcedenti quæstione penultimâ jam
mentionem fecimus.

QUÆSTIO II.

An Reccessus Imperii vulgò rectè de-
 finiantur Sponsiones?

1. † Vocabulum *Recessus* est ambiguum, non minùs ac ipsa vox
Recedo

Recedo, à quâ illud descendit. Denotat *annotantibus Lexicogra-*
phis, I. ipsum recedendi actum, abiturum & discessum: † Hinc
 dicitur, *accessus & recessus maris: Accessus & recessus Luna: Der*
 Zu- vnd Abgang des Meeres / wan es alle 24. Stunden
 ab- vnd anleufft in See Städten / das zu- vnd abnehmen / des
 Mondts. † Sic Cicero: *Ætæ nâ marinorû accessus & recessus motu Lu-*
na gubernantur, Das Meer nimbt zu vnd ab / steigt vnd fêlt /
 nach dem der Mond zu- vnd abnimbt. II. Orationem, quæ ab
 humilibus ad sublimia & ardua ascendit, v. g. *à literâ ad sensum*
spiritualem, à terrenis ad cœlestia, quam mentis subvectionem,
 ἀναγωγὴν vocitant. † *Est enim ἀναγωγὴ mentis sursum elevatio & recessus.*
 † Sic Theologi, nisi fallor, per promissam Judzis terram
 fluentem lacte & melle ἀναγωγὴν cœlestem sedem, & patriam
 deliciarum spiritualium copiâ redundantem intelligunt. † Me-
 dici quoq; sanguinis rejectionem τῆς ἐπιπυρρῆς ἀναγωγῆς id est sur-
 sum educationē dicunt, cum videlicet sanguis è pulmonibus tussi,
 aut è ventriculo vomitu sursum educitur: unde ἀναγωγὴ τῆς αἵματος
 extollere sanguinem, quæ locutio apud Hippocratem & Galenum
 frequens, si fides adhibenda Brecho in l. Tugurini appellatione D.
 de V. S. † III. Locum secretiorem, absconditum, Latine, se-
 cessum, (unde Virgilius: *Est in secessu longo locus*) Græcis verò
 ἰσχυριὸν dictum: sic recessus speluncæ, der hinderste Winkel in
 einer Höle / Recessus oculi, ipsa concavitas, in quâ oculus re-
 conditur, Recessus collium, nec non hoc vel illud plus in recessu,
 quàm in fronte promittat, habere dicitur. † Ita cogitationes
 hominum reconditæ per translationem Recessus animi au-
 diunt apud Ciceronem in oratione pro M. Marcello: Cum, ait,
 in animis hominum tanta latebra sint, tanti recessus. † IV. Apud
 ICtos hodie Recessus vocula dupliciter lumitur: Vel pro sententiâ
 à iudice partibus litigantibus lata (quam vocamus Abschied item
 Reccß, vel pro lege universali per modum contractus & con-
 ventionis constituta. † Posterior significatus huius loci est.
 † Recessus verò Imperii in vernaculâ linguâ, Reichs Abschied /
 Reich)

- Reichstags Abschiede, Abschiede der Reichstäge/ Reichstäge Ordnung vnd Satzungen/ Reichs Constitutiones appellari,
13. noto notius est. † Appellationis rationem inquisivimus, sed nondum eam investigatam apud Dd. quos quidem nunc inspe-
14. ximus, offendimus † Si conjecturare liceat, fortean idem Imperii leges Recessus audiunt, quod nimirum illæ sint *inftar secretorum Imperii, Recessus animorū, h. e. cogitationes recondita Casaris statuumq; Imperii, vel quod per eas à variis dissensionib; recedatur, a quib; ab iniquo sejūgatur.* † Quo intuitu etiā Germanis Abschiede dici videntur, weil dar durch daß Recht von dem/ so vnrecht
16. ab geschieden wird. † Et facit huc vulgare illud: Einem den Abschied geben/ quod nihil aliud est, quàm si dicerem, Einem von den andern/ dessen Dienst vñ Unterhaltung scheiden/
17. absondern. † Sed manum de tabulā. Nihil certi hac vice circa
18. rem præsentem definitio & pono. † Ad ipsius questionis decisio-
19. nem potius accedo. † Intrepidè verò statuo, Recessus Imperii haut aptè & congruè à Dd. vulgò definiti, *quod sine communes Reipublica seu Imperatorū & statuum sponsones, ad ipsam Imperii administrationem spectantes, ab Imperatoribus & statibus Imperii variis in Comitibus sancita.* † Ita Besoldus, Brautlacht, Daniel Octo,
20. Matthias Borrius apud Arumzum nostrum, cum plū ibidē aliis.
21. † Generis loco sponsonis vox ponitur, quæ tamen variè, & vel *in specie* pro stipulationis cōtractu, vel *ingenere* pro quacunq; promissione accipitur l. 19. D. de adif. edif. l. 7. D. de V. S. ubi scribit Paulus sponsonem appellari, non solum quæ per sponsus (ita relictus legitur, quàm sponsus) interrogacionem fiat, sed omnem
22. stipulationem promissionēq; † Sensus est; sponsonis verbum non tantum pertinet ad sponsus, hoc est, Calymnia & litis stipulationem, sed ad quamlibet aliam stipulationem & promissionem, tam tacitam, quàm expressam, tam nudam sine interrogacionis & responsonis solennitate contractam, quàm solemnem. † Consule omnino Gerddeum in Comment. ad d. l. 7. de V. S. eruditè contā Alciatum, qui hoc responsum Pauli de solā stipulatione interpretatur, dissertantem. † Quo v. rō in significato sponsonis vox hic accipienda sit, definitio haut docet. † Nulla enim subijcitur differentia specificā
25. quæ

qua ipsum genus restringat. † Deinde etiam siue sponſionis verbum
 ſumatur pro ſtipulatione, ſiue pro quocunq; pacto, ſeu quacunq; con-
 ventione, eſſentiam tamen iſorum Imperii Receſſum non ex-
 premit, quia eos non *pacta & contractus* eſſe, neq; in vim con-
 tractus tantum valere, ſed potius *proprie leges eſſe, vimq;*
legis habere, in quaſtione tertiâ mox dicitur. † Nec cer-
 tē obſtat nobis, quod iſpa Lex definiatur *communis Reipublicæ*
Sponſio l. 1. & 2. D. de LL. † Illa namq; legis deſcriptio aut po-
 tius commendatio vel non ſpectat *ad legem in genere ſumptam,*
 ſed quatenus *ea* conſideratur *in ſtatu Reipubl. populari,* vel eo
 tantum *reſpectu* legem communem Reipublicæ ſponſionem
 dicit, quod ſcilicet Reſpublica aut *tacitè* aut *expreſſe* legem con-
 ſenſu ſuo approbet. † *Expreſſe* in ſtatu Democratico; *Tacitè* in
 ſtatu Monarchico, & Aristocratico, † Porro *in prædiſta deſiniti-*
one fruſtranea ſit repetitio *perſonarum, à quibus ſponſiones illæ ſunt,*
 † Et quidem eò magis repetitio eadem in reprehentionem ve-
 nit, quod pro verbis *ab Imperatore,* ſubſtituat, *ab Imperatoribus.*
 † Vel ſi poſterior loquendi modus eò convenientior eſſet, & in
deſinitionis principio ille retinendus fuiſſet. † Deniq; adhuc du-
 bium eſt, utrum apud etiam vocabulum, *Sancita, de ſponſionibus*
 prædicitur, iſiſdemq; attribuat? † Sponſiones namq; quocunq;
 etiam modo accipiantur *juridicè loquendo,* ſanciri non viden-
 tur, quod tamen *in præſentiarum* in dubio relinquo. † Cate-
 rùm memoriâ nondum excidit Poëtæ verſus: *Audiat hæc genitor,*
qui fœdera fulmine ſancit, id eſt, confirmat, ſancitq; eſſe facit.

Quæſtio III.

Quid ſint Receſſus Imperii, & utrum illi valeant tan-
 tum modò in vim contractus, an ſolùm in vim
 legis, an verò etiam; vi & virtute polleant?

† Ardua multisq; difficultatibus involuta eſt hæc quæſtio. 1.
 † Tentabimus tamen aliquid in eadem enucleandâ, expertu- 2.
 ri, quid valeant humeri, quid ferre recuſent. † Receſſus Impe- 3.
 riî minùs congruè per ſponſiones deſiniri aliquâ ex parte jam
 evicimus. † Quid igitur illi tandem ſint, indubiè ex nobis quæ- 4.
 rent diſſentientes. † Pauciſſimis reſpondeo, *illos nimirum nihil*
aliud

- aliud esse, quàm Leges de iis, quæ ad Reipubl. administrationē spectant,
6. negotiis, Casariis; statuumq; consensu constitutæ, & ab Imperatore solo promulgatæ, † Leges dico: 1. Ratione causa Efficientia proxima, quæ hoc in actu Imperatorē Ordinesq; Imperii existere, nemo nõ vel mediocriter saltē in Jurispublici studio versat⁹ novit optimè.
7. † Eos verò LL. ferendi potestate mactatos splendescere, quis est,
8. quæso, quem lateat? † 2. Respectu forme, quia hic adest cum publica promulgatio, cum obligatoria præceptio, hoc est talis, quæ *δυναμις ἀναγκαστικῆ* sive vim coactivam in se continet, inq; refractarius vires suas exerceat omnes. † Per illam obligandi & cogendi vim lex à præcepto recedit, & se jungitur. † Hinc Philosophus lib. 10. Eth. cap. ult. definit legem, quod sit λόγος ἀπὸ τῆς ἀπορίσεως καὶ τῆς ἀναγκαστικῆς δυνάμεως ἔχων. † Ve res fiat evidentior, ita argumentari lubet. Quod, unq; est præceptum superioris, omnes & singulos subditos obstringit, cogendiq; vi prædictum, illud certè lex est. Sed de Recessibus Imperii verum prius E. & posterius. † Reliqua definitionis verba differentiam specificam inveniunt, Recessusq; Imperii ab aliis legibus, cum fundamētalibus, cum iis administrationis Legibus fecernunt, quæ vel à solo principe, in consultis Imperii ordinibus, vel à solis Optimatibus, vel à populo sancuntur. † Nec sine causâ ea verba adjeci: ab Imperatore solo promulgatæ: quia illud ipsum singularis præminentie, sacre Cæsareæ Majestati in istâ etiam circa hunc LL. universales ferendi & constituendi actum, statuū Imperii cōcurrentiâ, certissima indicina est, nec parum ponderis, nostra questione prima decisioni super addit. † Hisce jactis fundamentis facillimo cætera quasi membra negotio resolvemus: † Primò omnium verò explicaturi, quid sit, τὸ valere tantum in vim contractus, quid sit, τὸ valere tantum in vim legis, & quid deniq; sit, valere & in vim contractus, & in vim Legis simul? † Notandum itaq; est, vim contractus in obligatione ad aliquid dandum vel faciendum consistere, & vel utriusq; contrahentium, vel unius, prout contractus est vel *μοιῶν τε καὶ σου* vel *δὲ σου καὶ ἐμοῦ*. † Notanter dico, vel utriusq; vel unius contrahentium. † Illa enim contractus vis personas contrahentium non egreditur, nec alios, præterquam ipsos contrahentes afficit. † Nū autem legis Unius *ἐρ- σαλίον* est, omnesq; Majestati subiectos obligat, nec consensum eorum

zorum prævium exposcit, sed & invitos ad observantiam ob-
 stringit, cogit, immorigerosq; coërcet. † Unde apparet, illud
 valere in vim contractus, quod non nisi contrahentes, inf; istud
 negotium consentientes adstringat: † Illud autem habere vim le-
 gis, quod non modò consentientes, sed etiam nolentes ad debitam oba-
 dientiam obligatos efficiat. Et consequenter id utròq; obligandi vi
 & potestate præditum esse, quod certo respectu volentes tantum-
 modò. alià tamen ratione invitos quodq; adigat. † Hisce præ-
 missis dico, Recessus Imperii esse quidem leges propriè dictas, sed me-
 diante conventionione, & cum Imperatoris, cum statuum Imperii consensu
 latae, atq; ita eisdem non modò obtinere vim legis, sed certo etiam
 considerandi modo valere in vim contractus † Vim duntaxat legis
 propriè ita dicta habent Recessus Imperii quoad membra Imperii,
 tam mediata, quam immediata, & singula, & universa, quæ tamen non
 sunt status Imperii: † In vim contractus autem valent cum Casaris
 tum Omnium Ordinū Imperii respectu, qui omnes vs conventionis &
 consensus ad observantiam illorum tenentur, cum aliàs neuti-
 quam essent obligati † Nō igitur ullū nobis ponunt obicē, sed
 potius prius cōprobant solēnes illz quæ in variis Imperii Recessibus
 v.g. de anno 1500. §. vnd wir Churfürsten, Fürstē/s hierauff
 gereden vnd versprechen wir *passim;* aubi extant formu-
 læ, & ita habent: † Bekennen vnd thun kundt aller-mān
 niglich / das obgenanter vnser allergnädigster Herr / der
 Römische König / die obgeschriebene Ordnung / Satzung
 vnd Artikel mit vnsern Rath / willen / zugeben vnd anneh-
 men / für genommen / geordnet / gesetzt, vnd gemacht / vnd
 sich auch deß mit vno / vnd wir mit seinen Königlischen Su.
 in contracto Weise verpflichtet vnd verscrieben haben / etc.
 hierauff gereden vnd versprechen wir König Maximilian
 Key vnsern Königlischen Ehren vnd Würden, für vno vnd
 vnserer Nachkommen / Römische Käyser vnd Könige / vnd
 auch vnserer Erben vnd Nachkommen, Erzherzoge zu Oe-
 sterreich / diese obgeschriebene / Ordnung / Satzung vnd

- Articul getrewlich vnd fästiglich / so viel vns / als Römischen König vnd Erzherzog zu Oesterreich / berühren mag / zuhalten / zu vollziehen / vnd zu handhaben / darwider auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen gethan werden / in keine weise etc. † Vel hoc modo: Solches alles vnd jedes / so obgeschriben stehet / vnd vns Råyser Ferdinanden betrifft / gereden vnd versprechen wir bey vnsern Råys. Würden vnd Worten stet / vest / vnderbrechlich / auffrichtig zuhalten / vnd zu vollziehen / dem stracks vnd vngeweiigert nachzukommen / vnd zugeleben / sonder gefåhrde. † Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prålaten / Graffen vnd Herren / auch der abwesenden Churfürsten / Fürsten / Prålaten / Graffen vnd Herren / vnd Heiligen Römischen Reichs Frey- vnd Reichs Städte / Råthe / Besandten / Botschafften vnd Gewalthaber / hernach benennet / bekennen öffentlich mit diesen Abschied / das alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Articul / mit vnsern guten willen / wissen vnd rath fürgenommen vnd beschlossen sind / willigen auch dieselbtge allesampt vnd sonderlich hiermit / vnd in Krafft dieses Briefes : Gereden vnd versprechen in rechten guten wahren Trewen / die so viel etnē jeden seine Herrschafft / oder Freunde / von denen er geschickt oder gewalthabend ist / betrifft oder betreffen mag / wahr / stet / vest / auffrichtig vnd vnerbrochen zuhalten / zu vollziehen / vnd dem / nach allen vnserm vermögen nachzukommen vnd zugeleben / sonder gefåhrde.
23. † Sic in Recessu Imperii de Anno 1512. principio legitur.
29. Vnd haben vns mit deß Heiligen Reichs Stånden vnd sie mit vns nachfolgender Articul vnd Meinung / als ein Christlich Corpus vnd Versammlung gegen vnd miteinander

ander vereiniget/ verpflichtet/ vnd vertragen. † Et in Reces- 30
 su Augustano antea præallegato circa finem. † Bekennen vnd 31
 thun kundt/ daß mit vnsern Rath/ willen/ zugeben vnd
 annehmen fürgenommen/ geordnet/ gesetzt/ vnd gemacht/
 vnd sich auch dero mit vns/ vnd wir mit seiner Königl. M.
 Gnaden contractsweise verpflichtet vnd verschriebē habē.
 † Quæ omnes & hujus generis quam plurimæ aliz Recelli- 32
 bus insertæ formulæ, conventionum iisdem subesse, ejusdemq; vi
 Cæsarem Imperii; status ad observantiam articulorum, illos
 concernentium observantiam, obligari satis demonstrant.
 † Verum enim verò, qui exinde *solam conventionis vel con-* 33
tractus vim Recessibus adscribunt, eosq; pro *meris contractibus*
 æstimant, *legis vim* iisdem denegantes, nã illi à vero profus
 aberrant. † *Vim enim & naturam legis etiã sufficienter innunt* 34
 † *clausula Recessuum alia.* † Sic in Rec. Imper. de anno 1559. dicitur: 35
 Was haben vns demnach mit ermelten Churfürsten 36
 Ständen etc. vnd sie sich hintwieder mit vns verglichen /
 setzen/ordnen vnd wollen etc. † Et in Rec. Imperii de anno 37
 1564 setzen/ordnen vnd wollen demnach/ das alle und jede
 Churfürsten/ Fürsten vnd stände † &c. Et in Recell. Impe- 38
 rii de anno 1570. darumb gebieten vnd wollen wir/ daß alle
 vnd jede Stände und Obrigkeiten ob diesem vnsern Beboe
 mit allen ernstlichen Fleiß halten † Hinc Imperatores Re- 39
 cessus Ihre vnd des Reichs ordnungen/ constitutiones
 vnd satzungen vocitant Rec. Imper. de anno 1500. iis. daß der
 Hauptman de anno 1564. § haben sie die berathschlagung/
 & §. und soll den vortigen &c. † (2.) *Recessuum Imperatoria con-* 40
firmatio, & publicatio: † vnd haben uns solche berathschla- 41
 gung/ verglichung/ und beschluß gnediglich wohlgefalle/
 dieselbig approbiret, bekräftiget/ bestetiget/ vnd in die-
 sen als vnsern und gemeiner Ständ Abschied stellen/
 setzen und in das Reich Teutscher Nation gemeinlich auß
 Künden

- Kunden lassen *d. Rec. de anno 1564. d. 5. haben* sic *Sc. (3) Votorum majorum autoritas: Quod enim major pars concludit, ratum est, non attentis aliorum statuum votis paucioribus. Et id quidem expeditum ac regulariter indubium est* *On. Arum. tr. de Comitibus cap. 8. n. 74. † In contractus verò negotio majora vota non attenduntur, sed omnium & singulorum consensus ad validitatem requiritur. † (4) Potestatis plenitudo Imperatori competens ubi sc. status nulla ratione inter se convertere possunt. Vide Recess. Imperii de Anno 176. ibi: derohalben vnseres aller vnter Thänigsten erachtens gantz vndvonnstent / hierin auff einen oder ein ander Theil zu sehen oder zu warten, sondern E. Reis Maj. haben dissals vollkommene Macht vnd Gewalt zu verhaltung grössers Vnraths D. R. Maj. Ambt zu*
42. *interponiten. † De eadem potestatis plenitudine attestantur insuper Recessus Imperii de anno 1495. Rubr. Von Sachen / so sich vor diesem Landfrieden begeben haben / Ibi. Von Admischer, Königlischer Macht vnd Vollkommenheit nec non de anno 1544. 5. Ma wie aber ibi: Auß vnser Käyserlichen*
43. *Macht vnd Vollkommenheit. † Ubi igitur attenditur potestatis plenitudo, ibi certè non nuda & sola ad. et con. nio, vel contractus, quia hic omnis cessat personarum respectus, ad eò ut vel Princeps cum privato contrahens, privati instar habeatur, & jure privatorum uti dicatur.*
44. *45.*

Quæstio IV.

An pax Religiosa pactum sive conventio sit, & quidem naturam fœderis seu transactionis habeat?

1. *† De Pace Religiosa nunc agemus, nihil curantes, quæ Jct. Diligentes in sua Pacis Compositione contra catholicos & Jansenes maxime Legatos (ipsorum verbis utor) italo animo elidunt. † Si enim accusare sufficit, quis innocens erit? Sed sapientis est, ferre, non inferre. † Fomani nostri Senioris, eam illius &*
2. *nulli non chari quondam capitis, viri de Republicâ literariâ*
- 3.

meritissimi, (Cujus volumina manuscripta plurima sententiarum Decisarum & Consiliorum petitorum, nec non in Pandectis, Codicem, Decretales per annos XXXIV. Prælectiones habitas, de quibus fidem facit ipsum programma funerale Academicum, avidè expectat orbis & ordo literarius) *solemne illud, calamum à vindictâ licet justâ reprimat:*

Causa patrocinio non bona pejor erit.

† Quod ipsis licuit, nobis quoq; liceat. Igitur, quod nostri instituti est, persequemur, *rationibus, non autem incongruis allegationibus, arg, assertis falsis, aperta lœra, omnibusq; juribus contrariis* pugnaturi. † Antequam verò nos accingamus ad rem ipsam, præmittere juvabit, *duplicem esse pacem, aut potius pacis constitutionem, Religiosam & profanam.* † Illa *de Religionis* *Ætate*; † Hæc *de Prophæta* *oder Land-Ætate* appellatur. De hac seorsim infer. us. † *De illâ* hac vice. Vti enim *illius* objectum nobilius & dignitate prius, ira etiam *ejusdem* à nobis prior & prior habenda ratio. † Objectum est *religio*, cujus externam curam, directionem, & conservationem ad Politici quoq; Magistratus officium pertinere suo loco probabimus. † Ut verò *Pacis Religiosæ* prima incunabula aliquâ ex parte attingamus, sciendum, sicut varias quondam *inter Catholicos & Protestantis Imperii* *status de Religione* extitisse dissensiones, quibus ansam dederant B. Lutheri positiones contra Pontificiæ mercis nundinationes, quas Tectius Stentoriâ voce extollebat, in antiquâ illâ verè antiquâ studiorum matre Witebergensi Academiâ, ad disputandû & veritatem inquirendam ex singulari Spiritus Sancti inflatu ac instinctu, & quidem ex ipsis hmpidissimis verbi divini fontibus *Anno salutis nostræ 1517.* propositæ: † Ita quoq; varia tentata fu-
10.
isse media & remedia, quibus prædicta Religionis dissidia tollerentur, intestinæ discordiæ sopirentur, & cum uno DEO, una fides, una religio, una & circa pax stabiliretur. Comprimis verò varia & Colloquia, puta *Augustanum, Wormatiense, Ratisbonense primum & secundum,* & Concilia, qualia sunt; † *Pontificis Pauli vel Tridentinum secundum, Papa Pii, Tridentinum ultimum,* quæ & alia plura recenset Dn. Hortlederus *ix. von den Ursachen des Deutschen Krieges/ part. 1. lib. 1. per 101.* † *Prima omnium au-*
12.

tem religionis Pacificatio Norinbergica fuit quæ Schvvinfurt tractari cæpta, mēse Aprile Anno 1532. teste Sleidano Commē. lib. 8. Decreta Noribergæ, die 2. eodē anno 1532. Mandata atq; promulgata Cæsare, Augusti die 2. eodē anno 1532. Reperita & confirmata Cadami Anno 1534. Deinde Francofurti ab Oratoribus Commissariis, & Intercessoribus Cæsareis Aprilis die 19. anno 1539 Sancita communi omnium Imperii Ordinum consensu, in Comitibus Ratisbonensibus Anni 1541. Reiche Abschiedt zu Regenspur anno 1541. § vnd damit im Heiligen Reich Teutscher Nation/ Prorogata Spira Anno 1542. Reiche Abschiedt zu Speier Anno 1542. § and damit die Zeit dieser wehrenden. Iterumq; mandata & firmata ibidē novā Cæsaris Regisq; hde Anno 1544. Reiche Abschiedt zu Speier Anno 1544. § Als wir aber in der Handlung/ Præcepta Wormatiz Anno 1545. Reiche Abschiedt zu wormbs anno 1545 § damit nun in Heiligen Reich/ Adeoq; conservata ac propagata, adusq; Caroli V. bellum Germanicū. Chytræus saxon. lib. 13. Da. Hortled. dist. lib. 1. cap. 10. p. 67. * Hanc religionis pacificationem excepit Transactio Passaviensis Anno 1552. & tandem tertio post eum anno 1555. nostra Pacis religiosa constitutio, sive Religionis pacificatio. Germania illud Pallanum & munimentum, Augustæ constituta & promulgata. † Hujus naturæ nobis jã indagaturis primis ea quaestio, quam proposuimus, & à Jctis Dillingensibus in suâ compositione Pacis anxie ventilatâ offendimus, examinanda occurrit. † Utilitas quaestiois hujus haud exigua est. uti nec dissententur ipsi Dillingenses. † Si enim Religionis Pacificatio tantummodo pactum est sive conventio, nemo certe eâ obligabitur, qui nō consensit aut contradixit, maxime cū constituta fuerit de iis rebus, quæ singulorū requirunt consensum, non vero de juribus Imperii, quo argumento utuntur Dillingenses præfat. ad Lectorem, nec non cap. 5. quaest. 25. † Ad dunt & alium quaestiois usum, quod pax Religiosa, si habeat naturam fœderis seu transactionis, nullâ Imperii Constitutione pluribus

13.

14.

15.

16.

17.

pluribus licet Imperii Ordinibus volentibus & consentienti-
 bus mutari queat. † Secus verò esse, si illa Religionis Pacifica- 18.
 tio *Lex vel consuetudo Imperii* diceretur. † Ea propter prædicti 19.
 Jcti Dillingenses prius asserunt, & ad quæstionem affirmativè
 respondent, dicentes *pacè Religiosam esse sedus publicum diver-*
sarum partium consensu iniri, postea Imperatorio edicto promulga-
tum, & pœnis, quæ publica paci violatoribus decreta, subiectum: Le-
gia tamè vigorem inter eos solùm obtinere, qui in illà pacificatione
consenserunt. † Hoc ipsum variis rationib9 confirmare annitun- 20.
 tur, quas brevissimè percurramus. † Urgent illi I. Religionis 21.
 pacificationem esse *transactionis Passaviensis augmentum &*
complementum. † Ea etiam de causa paci compositionem, *Passa-*
viensem transactione à quibusdam appellari. † Certum verò esse 22.
 apud omnes. quod *tractatus ille Passaviensis propriè dicta trans-*
actio sit, eïne Vergleichung oder Vertrag. † Hinc qui sit in 24.
Transactione Passaviensi dispositio modus, *mutue conventionis*
pana adjectionis &c. eundem & circa Paci compositionem de-
 prehendi §. vnd damit solcher Fried § dargegen sollen
 alle Stände: † *Pacem ibi componi post multas multorum annorù* 25.
lites circa iura & possessiones utriusq; partiu, certis utriusq; observan-
dus juratis conditionibus appositis, publicèq; earù transgressori de-
cretà panà. † III. Ipsam pacificationem vocari *Transactionem* §. 26.
 vnd nach dem bey Vergleichung dieses Friedens. † IV. Im 27.
 peratorem in hoc negotio ut partem alteri parti se obstringere.
 † Cætera fundamenta *ad proximè subsequentem quæstionem spe-*
 ctant, ubi minus ea videbim9 & ponderabim9 † Impræsentiarù 28.
de hac quajam decidenda sit, quæstione, nostram aperiem9 men-
 tem Existimamus verò Dillingensiu. opinionè, ut ut ea præ se
 ferat *veritatis speciem, revera tamen veniat non esse conveni-*
 entem † Conventionis & transactionis quidem naturam, non 30.
 prorsus *Religionis Pacificationi* denegamus, attamen eandem
 nil nisi *factum esse & vim solius conventionis aut Transactionis* ha-
 bere, adeò ut *neminem, nisi qui in eandem consenserit, nec eidem*
contradixerit adstrictum & obligatum habeat, negamus & per-
 negamus. † Rationibus, quibus illi pugnant, non movemur 32.
 † Et

31. † Ex enim, si quicquā concludant, id modō inferunt, quod *Pax Religiosa* mediante cōventione sive *Transactione* constituta sit, quod nemo negavit unquam, si re ad memini, nec ullus etiam negaturus erit. † Præterea rationes illæ præsupponunt tanquam certū
33. id, quod tamē adhuc est in controversiā. † Etenim nulli concedim9, neque etiam illi probant, *Religionis pacificationē esse eisdē naturæ cum Transactione Passaviensi, eundemq. dispositionis modum adesse, multo minus Casarem in hoc negotio tantūmodō ut partem considerari, vel etiam ab appellatione pacificationis firmum & validum*
34. desumi argumentum. † Deniq; & nos ad ipsū pacis tenorem, formam & modum provocamus.

QUÆSTIO V.

Quid sit *Pax Religiosa*, sive *Religionis pacificatio*?

1. † Animus equidem erat, fusc, prolixē, &, prout rei ipsius gravitas postulat, per rationes dubitandi ac decidendi hic agere, sed iterum chartæ penuriam præclusit, uberiorem quæstionis tractationem proxima semidecadi reservare cogor. † Unicē nunc discrepantes modō | Dd. sententias relaturus sum. † Fridericus Albertus Maulus *tract. de pace Religiosa tit. 1. descendit in Dillingensium sententiam, & definit Religionis pacem contractum jurarum ab Imperatore & Catholicis statibus cum Evangelica confessionis statibus religionis causā eo fincintum, ut pax & tranquillitas in Imperio conservetur, animiq; tam statuum, quam ipsorum subditorum ab inimicem alienati, sterum reconcilientur, vad das Böse Vertrauen / so ein Feind lang Zwischen ihnen gewesen / gänzlich abgeschafft vnd auffgehaken wirts de.* † Henricus Andreas Cranius *disserat. Jurid Polit. de pace Religionis in Romano Imperio servand. part. 1. problem. prim. pag. 27. pacificationem dicit, Imperatoris ac omnium S. Imperii Romanorum COMITIALE EDICTUM de libero AUGUSTANÆ & CATHOLICÆ ROMANÆ RELIGIONIS tum publico, tum privato competente exercitio, inviolabiliter concessa Personis tum publicis tum privatis in constitutione comprehensis.* † Petrus Syringius *disserat. de pace Religionis lib. 13. describit pacem Religionis per Senatū consultum, quo civibus Romanis certa religionis liberē colenda facultas limitato modo concessa est a Principe, Electoribus, ceteriq; S. S. R. Imperii Proceribus, cui Patribus conscriptis Augusta Vindelicorum Anno Christi 1555. concordia suffragio factum promulgatum de.* † Non biſitium ut Hercules, sed sp̄itium, imō fortē etiam quadrivium video, nesciens, cuius vestigia mihi legenda sint. † Nulla via viderutura. Aliā ingressurus
- sua. Tantum! Terminalia
sunt.

Gratiâ Favente Divinâ !
ELECTORUM JURISPUBLICICI RO.

MANO GERMANICI
SEMIDECAS NONA

QUAESTIO. I.

Quid sit Religionis pacificatio, utrum

Transactio, vel fœdus, an Edictum, an verò Senatusconsultum?

Respondē-
te Johanne
Bessera
Droyßgio-
Misticus

† **I**N quadrivio, quoad hanc questionem, nos constitutos esse nuperimè jam diximus, nullamq; nobis viam videri tutam. † Aliam igitur electuri ambulabimus: † Nimirum pacem Religiosam propriè neq; *Transactionem*, neq; *fœdus*, neq; *Edictum*, neq; *Senatusconsultum*, sed Imperii legem præviâ conventionione Casaria Ordinumq; Imperii de certarum religionum libero & quieto exercitio constitutam, rectiùs dici defendemus. † Non est *Transactio*, sive ea generaliter sive specialiter accipiat. † Priori enim modo *transactio* denotat omnem alicujus negotii, etiam non controversæ expeditionem, finitionem & decernationem, quocumq; modo vel mutuâ partium conventionione tum nudâ tum vestitâ sive contractu, & non minus innominato, quàm nominato vel sententiâ judicis aut longioris temporis silentio hoc est usucapione vel juramento factam. l. 229. & 230. D. de V. S. & ibi Dd. communiter, à quibus tamen dissentiunt Gaddens & Cuiacius, talem verbi, *transactio*nis generalemceptionem rejicientes. † Posteriori verò casu *transactio*nis vox non uno modo à Dd. describitur, sed à quibusdam dicitur *pactum non gratuitum de re dubiâ & lite incertâ neq; finitâ* l. 1. D. de Transact. l. cum ea 21. & l. *transactio* 38. C. de d. † Nec non *conventio, quâ negotii dirimendi causa dari aliquid placuit* l. 17. l. 31. C. d. t. † Item *conventio non gratuita, per quam res dubiâ & incerta componitur*. Alii autè *transactio*nem *pactum* vel *conventionem* esse negant, quia si *pactum* in genere accipitur, quod noviter contendit Cl. Bessera

2.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

- lius differt. ad Pandect. 6. lib. 1. p. 106. illud genus remotum, & necesse erit, ut de transactione, de qua prædicatur istud, prædicetur simul alterutrius ejusdem species, hoc est vel pactum nudum, vel pactum vestitum: † Utraq; enim species de eodem prædicari nequit v. g. si hominem animal dico, erit ille vel rationale vel irrationale, minime verò & rationale & irrationale animal. † Jam verò Besselius, & qui cum eo sentiunt, transactionem neq; per pactum nudum, neq; per contractum innominatū vel nominatū definiri posse, sed eandē aliquando duntaxat pactum nudum, aliquando contractum innominatum, aliquando nominatum esse existimat, quando scilicet vel per pactum conventum, id est, nudum l. 2. § l. 59. D. de Transact. vel per stipulationem l. 2. §. 4. 15. D. de cod. vel mediante datione aut retentione, ut à lite discedatur l. 6. l. 33 l. 38. C.
11. eod. transactione fuerit intra † Quibus verbis alterutram tantum pacti seu conventionis speciem de transactione prædicari negat, sed utramq; tamen de eadem pro varietate modi, per quem negotium
12. transactum fuit, dici posse concedit. † Sed quis non videt, vacillare hæc omnia? † Unius rei una est essentia, una definitio, unum genus proximum, vulgata sunt Philosophorum axioma.
14. † Miscetur hic res cum modo rei, nec non ex modo ipsius rei natura & essentia æstimatur, cum tamen constet illam hanc non im-
15. mutare: † Transactione namq; non est pactum, non est contractus, sed pacta & contractus sunt transactionis modi. † Igitur à Wesenbecio ad tit. de Transaction. & ejusdem affectus definitur transactione, quod sit rei dubie conventa & non gratuita decisio
20. d. l. 38. C. de Transact. † Jureconsulti Dillingenses transactionis voculam non in genere sed in specie pro pacto accipiunt, atq; hoc in sensu pacificationem Religiosam transactionem dicunt.
21. † Sed jam demonstratum dedimus, transactionem pactam non esse, sed pactum tantum modò etiam generaliter sumtum transactionis modum † Ergo licet etiam prædicta pacificatio pactum foret, non tamen idè transactione dicenda esset. † At dixeris, quantum poneratur, pactum & transactionem differre, in eo tamen coincidere, quod utriusq; effectus non nisi ad contrahentes & consentientes porrigatur, & consequenter illa duo inter se conynire, a; q; bini nihil inter-

interesse, sive Religio-nis Pacificatio transactio, sive pactum dica-
tur. † Sed dupliti-ter respondeo I Ea, qua in unotertio conveniunt, 23.
non statim inter se convenire, uti habet canon Philosophicus.
 † II. *Pacificatio-nem illam nec esse pactum, quod confirmabunt ea,* 24.
quæ dicemus inferiùs circa membrum questionis hujus ultimum,
ubi evincemus, obligationem ex Religio-nis pacificatio-ne provenien-
tem non tantum inter contrahentes & volentes consistere, sed & invi-
tos asserere, atq; sic non modo hic ad esse vim pacti, & contractus, sed & 25.
maximè vim legis. † Quæ ratio etiam transactio-nem pro rei dubia
conventâ decisione acceptam à pace religio-sâ removebit, quia nec 26.
hec personas transigentes egreditur. † Hoc itaq; præsupposito,
quod pax religio-sa neq; transactio neq; pactum sit, corruit simul
id, quod Dillingenses inde deducût, eandem scilicet esse stricti ju-
ris, & strictissimè interpretandam cap. 6. n. 110. cap. 12. n. 5. quod
ipsum tamen annon aliunde colligi queat, jam non disputo.
 † Deinde nec Religio-nis pacificatio proprie dictum fadus est. 27.
 † Ut ut enim variè illud à Dd. designetur, vel quod sit *pactio pluriù* 28.
Principum aut Reipublicarum de re licitâ & honestâ mutuo præ-
standâ solenni ritu certiq; legibus factâ ad Reipubl. ca salutem, vel
quod sit pactum publicum, quo diverse Respublica salvo Majestatis
jure sese mutuo solenniter obligant ad quadam sibi mutuo præstande:
 † Vel quod sit *publica populorum principumve inter ipsos conventio* 29.
in perpetuum concepta, (qui postremus definiendâ modus Bodino lib. 5.
cap. 6. de Republ. per placet) † De quarû tamen definitionû veritate 30.
in præsentiarum judicium meum suspendo; † In eotamen, nisi 31.
fallor, conveniunt omnes, quod scilicet fadus non nisi inter diver-
sas Respublicas, aut diversos Principes licitè contrahatur, & quidem
beneficio Majestatis sibi competentis, ejusdemq; jure salvo atq; inte-
gro, privati verò & qui instar privatorum sint, ab iisdem prorsus re-
moveantur. † Unde firmiter concludo, Religio-nis pacificatio- 32.
nem minus rectè fadus dici, cum ex propriâ Dillingensium hy-
pothesi Cesar non quâ talis, sed ut pars à parte Catholicorum stans,
Ordinesq; Imperii non ut universi, sed ut singuli considerandi sint,
quibus si quis Majestatem eo, quo superius diximus, modo sumtam
adsignaret, non Majestatem certè Majestatem efficeret, quo quid
 S 2 ineprum

33. neptum magis dici possit, subdubito. † Nec porro pax religiosa *Edictum Conisiale*, vel etiam *Senatusconsultum* congruè definitur. Quamvis enim faciliè concedam, hac ratione D.J. propiù scopum attingere, & per *Edictum* ac *Senatusconsultum* meliùs quàm per *actum, transactionem & fedus*, pacificationis naturam exprimi: † Attamen quia vocabulum *Edicti generalis constitutionis Principis speciem* denotat, edictum propriè acceptum *solum Principis* proprium est, diciturq; illud, quod princeps proprio motu ad subditorum utilitatem constituit. Theoph. *ad*
35. §. 6. J. de J. N. G. & C. † Quod agnoscit etiam Syringio *con. l. 14. de Pace Religionis*, hinc pro voce *Edicti*, quâ generis loco quondam usus fuerat, *Senatusconsultum* substituit; † Sed cum nec *hec vocula natura pacificationis* ex alle correspondeat, utpote quam non senatus constituit interveniente scilicet principe, talis enim Senatus hodiè in Imperio nostro non est, *ipso faciente Syringio d. l. præstabit fortè vocibus illis* abstinere, & *Legis vocabulum* in eorundè locū surrogare. † Quod ipsū ut corroborem & illustrem, primò omnia ea, quæ pro *questione tertiâ Semidecadi præcedenti octava stabilendâ* adduximus fundamenta, hinc repetita volumus. † Etenim inter *alias Imperii leges & nostram Religionis pacificationem* differentiam aliam non video, quàm quod *ille regulariter innitantur votorum majoritati*, etiam si vel à solis statibus Catholicis *eadem profecta* fuerint; Hæc autem *utriusq; Religionis statuum* exposcat consensum. † Quod tamen non ita simpliciter intellectum volo, ac si omnimodò prorsus in *Religionis negotio votorum majoritas* exulare cogatur, quin potius nulli dubito, ea, quæ placuè: e hoc in casu *unius partis majori parti sive pluribus*, obstringere simul *minorem reliquosq; pauciores fore*
40. *tè diversum sentientes*. † Tandiu enim *Regula standum esse censeo*, quæ *plurium votorum auctoritatem in conventibus publicis & collegialibus* tuetur, quamdiu probetur exceptio. † Unde & *inter confederatos, in causis fœderum* à majori parte concluditur.
42. Waren. ab Erenberg *lib. 2. de fed. p. 154, 162, & 326*. † Immo ipsum jus Canonicum in *cunctis Ecclesiis, electionibus, aliisque congressibus* plurium suffragia attendenda esse statuit *tt. xxr. de bis.*

*que sunt à majore parte & ibi Panorm. tit. cap. inter 21. §. discretioni
 vestra cap. cum in jure 33 cap. venerabilem 34. §. Objectionibus cap.
 coram 35. de Elect. † Cum itaq; in religionis negotio Ordinum 43.
 Imperii duæ sint classes, & hinc duo existant Collegia, quorum
 unum Catholicorum, alterum Protestantium dici possit,
 certè, nisi in utroq; majora concludant, remedium nullum per-
 spicio, quo res ad caulæ definitionem perducì queant. † Excipi 44.
 unt autem Dillingenses, Religionis pacificationem decretam fuisse
 circa Ecclesias & jura Ecclesiastica, qua neq; Romani Imperii sint ita
 ut Cesar suo arbitrari de iis disponere possit, neq; ad Catholicos seu
 Ecclesiasticos universim pertineant, sed ad singulos Episcopos & Prae-
 latos. † Igitur si unus vel plures consensum dare noluerint, aut con- 45.
 tradixerint, ea pace seu transactione ipsos eorundemq; Ecclesias ob-
 ligari non posse. † Distinguendum igitur hic esse dicunt, inter jura u- 46.
 niversitatis, & rem aut jus singulorum. † Ibi majori parti consensum 47.
 sufficere, hic verò minimè, sed necessarium esse, ut omnes & singuli
 consentiant. † Quam in rem allegant præter autoritates alias 48
 Glossam in l. 26 qua sit longa consuetudo: Et si millies, inquit, con-
 sentiant major pars, ut ego tenear, non idè tenebor. † Rem enim inter 49
 alios actam, aliis non præjudicare, idq; quod nostrum sit, sine factò no-
 stro ad alium transferri non posse. † Causas illas, quæ in Comitibus 50.
 agitentur, ac decernantur secundum plurimum suffragia, esse circa ju-
 ra communia, quarum omnium ordinum Imperii per aquè inter sit.
 † At Auguste actum fuisse de suspensione Jurisdictionis Ecclesiastica, 51.
 & pastoralis officii restrictione ac suspensione, ad propriam cujusq; Ep-
 iscopi conscientiam, obligationem, ac juramenta. † Sed nos Re- 52.
 spondemus I. negando, Religiosam illam constitutionem de iis di-
 sponere, de quibus Imperatori Ordinibusq; Imperii, Ecclesiasticis & Po-
 liticis disponere non liceat, cum certè indubium sit curam & directi-
 onem rerum Ecclesiasticarum, Religionis exercitium publicum, sacro-
 rumq; constitutionem ad eosdem spectare, & cum absq; omni contro-
 versia religio sibi civitatem Republica consummet, ab eaq; totius Im-
 perii salus, pax & tranquillitas publica dependeat, ejusdem disposi-
 tionem & ordinationem esse rem & negotium Imperii, quod interius
 fuscè deducimus, II. Falsum esse, quod pacis religiosa obiectum ad-
 singu.*

- singulos pertineat Episcopus & Praelatos, non modo ob jam praedictam rationem, verum etiam propter ea, quia alia & aliorum Ecclesiasticorum, Praelatorum, Praepositorum, Abbatum, qui tamen status Imperii non sint, consensus ad pacis illius constitutionem & vigorem, fuisse necessarius, nec aliter obligari potuissent, quam si consensissent,*
53. *quod tamen nemo unquam, spero, concellurus erit. † Et licet aliis in causis non exigua sit differentia inter mediata & immediata membra Imperii, in iis tamen negotiis, quae non nisi per pactum & conventionem componi possunt, & ad singulos pertinent, illius distinctionis nulla habenda est ratio. † Quicquid verò sit, alia tamen insuper ratione Dillingenses cō probare allaborāt, argumentum à ceteris Imperii Legibus vel Receptis deductum & pacificationi accommodatum esse invalidum, cum hac ab illis in eo differat, quod illa non contineant pactum, sed antecedentem tractationem & majoris partis Curia seu Ordinum Imperii consensum, quem Caesar postea approbans Imperiali sua auctoritate pragmaticam sanctionem decernat: Ideo Ordinum consensum seu concordationem esse conditionem quandam, ac dispositionem, quae antecedere soleat Imperiali Re-*
55. *cessus decretum. † At verò in Comitibus Augustanis Anno 1555. duarum partium pacta & conventa reciproca suis articulis disposita esse, adjuncto Imperiali sanctionis decreto, quòd pro obiecto ac materia sua habeat eosdem transactionis articulos, uti appareat ex toto contextu Receptus 5. Seezen dem nach/ordnenn ic. 5. vnd damit*
56. *solchet Fried ic. † In Receptis Imperii concurrere quidem etiam formam contractus, sed ita, ut dispositio eorundem antecedit, postea verò per promissionem stantium in contractum transiunt; big, Ordines Imperii non in Catholicos & Confessiones dividit, sed omnes pariter tanquam corpus sententias dicere, Caesaris, proponere, quibus auditis & pensatis Caesar tanquam Imperii caput decernat,*
57. *quod iustum & utile sit. † Longè aliter autem comparatum esse eum Religionis Pacificatione, in qua contractus seu transactio inter partes antecedit, eaq, postea per legem auctoritate principis praecipitur, promulgetur, ac pectus publicis subiciatur: † Et sic Religiosam illam constitutionem & legem non transire in contractum, sed transactionem sive contractum transire in legem. † Illic Ordines Imperii dividit,*

unig, parti accedere Imperatorem ut compartem, obligantem se al. eri
parti. † Pro hisce removendis & refellendis dubiis observandum 60.
est, (1.) nos quidem haut differi, sed lubenter largiri, immò jam-
paulò ante monuisse, in eo inter alios Recessus Imperii, & Religionis
pa. sificationem, consilii ac consistero quandam differentiam, quod hic
rotorum majoritas eo modo, quo illic sit. minus attendatur, quodq; in
Religionis negotio status dividantur. † Inde tamen (2.) inferri non 61.
posse, quod pacificatio illa non eandem vim legis obtineat, quâ
polient alix Leges Imperii, utut modus legis pro diversitate obje-
cti aliquâ ex parte diversus sit: † Sufficit nobis, quod & invitis 62.
dentibus fieri cogentur Dillingenses, s&pius prædictâ Religio-
nis pacificatione invitos quos, & nō consentientes obstringi, quod
exemplum mediatorum & immediatorum, maxime eorum, qui
non sunt status, Imperii membrorū satis comprobat. † (3.) Por- 63.
rò divinatorium prorsus est, quod pactum sive conventionem pra-
viam aliis Imperii Legibus illi denegent, & praviam tantummo-
dò tractationem attribuant, contra expressâ illarum verba, quæ
proximè retulimus: Und haben wir vns mit sñnen/ vnd sie
sich hinwiederumb mit vns vergl'chen. † Quæ subsequun- 64.
tur hæc: Setzen demnach/ordnen/wollen vnd gebieten ic.
† Non ergo tibi legis dispositio præcedit contractum sive pactum, sed 65.
pactum præcedit dispositionem legis. † (4.) Multò minus Cæsar 66.
in hoc Religionis negotio tantum ut pars considerari debet, sed po-
tius ut Caput Imperii, quia id, quod utriq; parti placuit, autoritate
Imperiali decernit, confirmat, & in hæc aliorum Imperii Recess-
uum promulgat, ejusdemq; sit etiam observantiam omnibus &
siugulis serid injungit & præcipit. † Vis hidem verbi? Ecce. per- 67.
pende, quæ so, ipsa Pacificationis verba, quæ inter alia ita habet.
† Haben wir vns mit der Churfürsten Râthen vnd geord- 68.
neten erscheinenden Fürsten vnd Ständen/der abwesens-
den Botschafften vnd Besandten / vnd sie hinwieder sich
mit vns vereinigt vnd vergl'chen. † Setzen demnach/ord- 69.
nen/wollen vnd gebieten / daß hinfuro niemando / was
Würden, Stands oder Wesens der sey, ic. † Wir befehlen
vnd

vnd gebieten auch hiermit / vnd in Krafft dieses vnsero

71. Reichs Abschleides etc. † Sed ad rem ipsam redeamus, & nostræ opinionis fundamenta ordine recen camus. † *Primum* hactenus
72. remissivè comprimis tractavimus. † *Succedit alterum*, quod tale esto. † *Quodcumq; partim communi statuum consensu approbatum, & Imperiali auctoritate confirmatum*, partim ex plenitudine potestatis dissentientibus inter se invicem statibus, à Cæsare constitutum, promulgatum, & mandatum, illud omnino Imperii lex est, nec tantum vim habet contractus, sed & vim legis, & consequenter etiã ad illius observantiam tenebuntur & consentientes, & dissentientes seu invidi. *Atqui de Religionis pacificatione verum prius. Ergo & posteriorius.* † Major nullius est probationis indiga. † Minor probatur
73. tum ex modo dictis, tum ex Pacis Religionis. Vnd nachdem
74. bey vergleichung dieses Friedens Streit vorgefallen / ibi: welcher sich aber bey der Religion Stände nicht haben vergleichen können: demnach haben wir in Krafft Hochgedachter Röm. Käys. Majest. vns gegebener vollmacht vnd heimbstellung erklärt vnd gesetzt / thun auch solches hiermit wissenlich / also etc. tum ex Recess. Augustano de Anno 1559. §. Diweil aber / ibi: derhalben wir vns dann zu alsen vnd jeden Ständen sambt vnd sonderlich versehen / Setzen, ordnen vnd wollen auch etc. † *Nec nō ex Recess. Imper. de Anno 1566. §. Vnd nach dem dann & de Anno 1613. §. So sein wir etc.* ubi mandatur omnibus Imperii statibus, daß sie dert in Anno 1555. auffgerichteten vnd seithero so manchmal zugesageten vnd hochberühmten Religion = Prophean vnd Landfrieden vnd desselben Handhabung / auch andere des Heiligen Reichs Satzungen vnd Ordnungen in allen ihren Puncten vnd Articulu zu allen theilen vestiglich vnd
76. unverbrüchlich halten vnd vollziehen etc. † *Tertium & ultimum fundamentum* in eo ponimus, quod Rex Romanorum electus nomine totius Imperii omniumq; ejusdem membrorum per Capitu-

pulationem obstringatur, ad tuitionem, defensionem, & executionem ut aliarum Imperii Legum, ita & Religiosa pacificationis, † Accedit & id, quod multoties ipsi Imperatores eandem Legem 77
 Imperii fundamentalem vocirent, quod nec Dillingenses inficias ire queunt. † Eapropter nec omnem omnino legis vim pacifi- 78.
 cationi detrahunt, quin potius eandem eidem adscribunt, ita tamen, ut ea tantummodo locum habeat inter eos, qui in transactionem 79.
 consenserunt, atq; sic pacificationem transactionem dicunt Imperialis decreto seu sanctione stabilitam. † Sanctionem illam non immutare 79.
 pacificationis naturam, quae a transactione intrinsecè & substantialiter dependeat, sed potius magis magisque corroborari & confirmari. † Uno 80.
 verbo: Negant Dillingenses, pacificationem esse meram sanctionem & Legem Imperii, sed in eà concurrere & vim contractus & vim 80.
 legis, quae tamen secundum illam limitetur & restringatur, cum illa præponderet, tanquam ex ipsa negotii natura oriunda. † Sed profecto 81.
 viri illi Clarissimi contradictioni sese implicant, dum afferunt, pacificationem quidem esse Legem Imperii, & obtinere vim legis, 81.
 negant verò, eandem obstringi dissentientes & invitos. † In hoc 82.
 enim vim legis consistere nuper audivimus, quod omnes Imperii subditos obstrictos teneat, sive consenserint, sive minus. † Ergò hac 83.
 ratione via legis non via legis efficitur, & quod affirmatur, simul negatur, quod certè penitus rationi adversum. † Deinde J Cui 84.
 Dillingenses confundunt & commiscent rem ipsam cum ipsius rei modo, quod superius etiam notavimus. † Modum, qui dicitur 85.
 pactum & conventio, non impugnamus, nec vim contractus vel pacificationi, vel aliis quoque Imperii Legibus denegamus, (videantur ea, quae habet Semid. preced. quæst. 3.) † Verum tamen hoc 86.
 dicimus & constantè affirmamus, pacificationem nimirum pol- lere simul vi legis universalis, ita, ut obliget etiam minorem partem 87.
 Catholicorum tum Protestantium Imperii statuum, nec non alia immediata & mediatà Imperii membra. † Via autem contractus non nisi inter consentientes locum obtinet, (uti rectè concludunt ipsi 87.
 Dillingenses, neque de eo ulla cum iis nobis lis & controversia erit, & id operatur, ut non nisi mutuo Ordinum Imperii & Catholicorum ac Protestantium consensu lex illa imperii tolli & mutari possit,

QVÆSTIO II

An pax Religioſa Imperatori Carolo V. vi fuerit extorta?

1. † Quòd prolixiores ſuimus in reſolvendâ quæſtione primâ, eò breviores erimus in decidendis reliquis & reſiduis controverſiſ.
2. † Igitur remotis omnibus Verborum ambagiſ ad quæſtionem hanc negativè reſpondemus contra quosdam catholicos & cõprimis Franciſcum Burckhardum ab autore Parthenii litigioſi lib. 1. cap. 6. n. 9. Andream Erſtenberger dictum, & Johan Paulum Windeck, publicitùs vociferari non verentes, hanc religionis noſtra libertatem Caſari vi ferroq; extortam fuiſſe, quibus tamen non ſubſcripſiſſe Jctos Dillingenſes nunquam non læto mecum volvo ac revolve animo: Et conſtat idèd iisdem ſua laus, debitumq; veritatis præmiũ. † Rectè Syringius differt. de pace Religionis concl. 15. ſignamentum hocce mendacium ſatis impudens & à veritate fidei hiftoricæ proſus alienum fatiſ appellat.
3. † Noſtram ſententiam ſtabilicimus argumentis inſequentibus.
4. † I. A quocunq; actu abeſt violentum, ille non poterit dici vi extortus & violenter invitus. Sed de Pace Religionis verum prius. E. † Minorem probamus hoc proſyllogiſmo: Cujuscunq; actus principium non eſt externum, nec cogit agentem, etiamſi nolit & reſiſtat, hoc eſt, ut contra internum impetum, appetitum & inclinationem, aliquid patiatuſ vel faciat, ille non eſt violentum: Sed de conſtitutione illâ religioſâ & hic verificatur antecedẽs. E. † Major patet ex definitione inviti à Philoſopho lib 3. Eth. cap. 1. hunc in modum propoſi: à:
5. † Βίαιός ἐστιν, ὃν ἢ ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ, τινὸς τῆς φύσεως, ὃν ἢ μὴδὲν συμβαδόμενον ἐπὶ τοῦ πένον, ἢ ἐπινοήσαν. Violentum eſt id, cujuſ principium extra eſt, atq; ejus modi, ut nihil adjuventiſ adſeracis, qui agit, aut qui patiatuſ. † Minor conſtat ex Pacis Religionis naturâ & hiftoriâ. † Utrumq; hæctenus ſufficienter enucleavimus, ut huic rei explicanda longiùs immorari fructaneum & ſupervacaneum eſſet. † Ceſſavit eo tempore omniſ vis hoſtiliſ & compulſiva, omniſ metus talis, qui in conſtantiſſimum cadere poſſet, omniſq; armorum ſtrepitus quieſcebat, nec non Carolus V. Imperator ille glorioſiſſimus fere triumphum ubiq;
6. agere videbatur Thuan. lib. 4. hiſtor. fol. 82. & ſeq. † Omnia alia ſicco.

sicco prorsus pede prætereo, quæ nostrates hic accumulant:
 † Unicum adhuc l. urgeo, quod liberrimæ voluntatis certissimū
 est indicium. † Id verò est *Reservatum Ecclesiasticum deus Belfst-*
siche Vorbehalt/de quo statibus Protestantibus etiam dissen-
 tientibus *Pacificatiois* §. 5. ab Imperatore conceptum fuisse,
 ex prædictis eombibimus. † Annecto III. & id, quod licet po-
 neremus, *circa actum pacificationis concurrisse metum majoris mali,*
eandemq; ann 16 xat ad evitandū majus malum constitutū esse, nihil
 minus tamen permaneret *actus ille voluntarius,* per ea quæ tradit
 Philosophus *d. l. b. 3. Erb. c. 1.* ubi docet, *quod violentum sit duplex,*
βίαιον ἀπλῶς i.e. simpliciter violentum, & βίαιον κατὰ τὴν i.e. violentum
secundū quid: Hocq; posterius quidem *actionem mixtam* dicit,
actionem tamen spontaneie similisorem. † Quamvis namq; *per se*
& absolute sive solitariè consideratum invitum sit, & *per se* à nemi-
 ne expetitur; attamen *pro nunc & ratione cause finalis* expetitur
 ideoq; *spontaneum* existimatur. † Et quidni? *Principium enim*
actionis mixtæ est intrinsecum in ipso agente, principium videlicet
movendi partes agentes, & applicandi membra corporis ad agendum,
 ut loquitur Thomas ad d. l. Aristotelis. † *αἰτιατικῶς,* inquit hic
 18. *ἐν τῷ κατὰ τὴν αἰτιατικῶς actiones versantur in singularibus, & qua per metum*
 sunt, tunc cum ferunt, sunt eligibilia. † *Actionis finis* assumatur ex
 19. *tempore, quo fit. At metus instantis tempore propter majus malum*
evitandum tale quid eligitur, quod alias non expeteretur: cum verò
eligitur, habet rationem boni, & ita fit objectum voluntatis. † Hinc
 20. *Jureconfulti nostri dicunt, necessitatem imponi voluntati & simul*
voluntatem necessitati, atq; ita voluntatem aliquid facere ex necessi-
tate, l. 1. §. penult. D. eod. † Excepturo, immò *voluntatem cogi non*
 21. *posse,* Scholasticorum distinctionem inter *actus elicitos & imper-*
 22. *atos* reponam. † Illi *omnem omnino vim, omnemq; coercionem* res-
 23. *puunt:* † Hi autem *violentiam quandam* admittunt: † Ratio di-
 24. *versitatis hæc est, quia illi sunt actus voluntatis immediati, & cogi*
voluntatem circa illos, nihil aliud est, quàm à voluntate talem actum
elici, qui inclinationi repugnet, quod est ineptum & absurdum.
 † Hi verò *mediantibus aliis potentiis* exercentur, & *circabose actus* 25.

- voluntatem cogi, est, ab extrinseco in illis potentiis aliter vel aliud
 26. geri, quam voluntas imperat. † Sed hac de re plus satis. Consulantur ipsi Philosophi, in quorum honorem hac adscriptimus, ut cupida Legum iuventuti insignem illum Philosophia in nostrâ Iurisprudentiâ usum iterum atq; iterum monstraremus*

QUÆSTIO III.

An Pontificis Romani consensus ad validitatem Pacificationis actus adeo fuerit necessarius, ut eo deficiente ipse quoq; actus corruat?

1. † Et hic simpliciter negativè respondemus, nihil metuentes, vel ipsius Papa auctoritatem, (quam tamen, ipsi nos hauri videmus, sed miramur magis & certo modo depradicamus,) vel etiam ipsorum Jesuitarum tela peracuta & sanguifera, quibus saluberrima illius Religiosa constitutio, super quâ omnis salus publica Imperiis, beatitudo suâ acquiescit, consentiam & valorem funditus subvertere annuntur, in tantum, ut nec Papalis relaxationis & rescissionis remedio locum aperire erubescant, sed audenter tentent, al-
2. laborent, defendant. † Apertius hâc in genere cum statibus Protestantibus J.Cti Dillingenses, qui in suâ Compositione Pacis cap. 5. q. 29. fidem publicam nobis datam, libertatemq; Religionis nobis promissam deficiente licet Pontificis consensu, perpetuum & inviolabiliter absq; ullo relaxationis rescissionis vè remedio observandam volunt, sydent, tuentur. † Quod ipsum non minus iisdem hauri minimo cedit honori, ut ut non pauca sint, quæ in ipsorum argumentis desiderari possunt, cum nec secû ipsi benè constare videantur. † *Præcipuum Jesuitarum & Antagonistarum fundamentum hac vice considerabimus, quo sublato, cætera sponte suâ collabascant. † Illud verò huic innititur principio, quod Religionis exercitium, ejusdem permissio, & rerum Ecclesiasticarum dispositio non nisi ad Pontificem spectent, nec Jurisdictio Ecclesiastica eidem infuso & invico animi, aut per pacificationem suspendi potuerit: Effrem inter alios aliam, quæ aliis non citatis obesse nequeat: † Dillingenses respondent, opus quidem fuisse Pontificis consensu ad Religionis Pacificationem, si eadem legis Casarea sive Imperiis*

*Imperii naturam haberet, quia alias se extenderet ultra jurisdictionis secularis limites, videlicet ad materiam, qua absolute Ecclesiastica & spiritalis sit, apertè repugnans Ecclesiastica immunitati, secundum quam omni jure prohibitum cuicumq; seculari Magistratui, ne Ecclesiastica jura & actiones competentes impediret, suspenderet aut restringeret d. cap. 5. n. 26. † Diversam verò assertionem nostram pacificationis, quia illa pactum, fadus publicum & transactio sit, qua intrinsecè ac principaliter non decernatur ob Reipubl. utilitatem, sed ob partium favorem: † Ubi tamen moventur duobus modis contingere, ut summi Pontificis consensus & approbatio requiratur, si fadus circa religionem in eundem sit, vel ut illud licitè fiat, vel ut valide: † Prior casu consensus Pontificis expolcunt: † Altero autem eundem necessarium esse negant, & quidem idè, quod incidente necessitate, si Respublica aliter defendi non posse videretur, nisi tolerato vel: à promisso falsa Religionis exercitio ipsum jus naturale & a-
 7.
 8.
 9.
 10.
 11.
 12.
 13.
 14.
 15.
 16.*

- tanquam necessarium requisitum exigant, ego quidem non video.
17. † Nec tollitur contradictio illa per distinctionem ab iis positam, cum hæc duo, tō licitè fieri, & tō validè fieri, nō sint à se invicem
18. sejungenda, sed conjungenda: † Quodcumq; enim requiritur de aliquo jure ad prius, illud simul de eodem jure ad posterius, & vice
19. versa. † Et quod non est licitum, sed illicitum, inhonestum ac juri contrarium, illud nec certè de jure validum, l. 5. C. de Legib. † III. Ita argumentor. Quodcumq; Magistratui secularijus natura cōcedit & attribuit, id certe potestati Magistratus non exemptum, sed eidem absq; consensu & approbatione Pape concessum & licitū est, nec ejus exercitio Magistratus excedit sua potestatis limites: Jam largiuntur Dilligentes, potestatem fadera pangendi circa Religionis & Ecclesiastica negotia in necessitatis casu Magistratui à jure naturali concedi: Ergo sanè tale factu à Magistratu in initium etiā absq; confirmatione Pontificis erit & licitum & validum. † IV. Contradictio est, denegare Casari & Imperis Ordinibus potestatem ac facultatem leges sancienti de religionis negotio, & simul affirmare, licere illis de eodem pacisci & transigere. † Etenim omne id, quod non est in manu svè potestate transigentium positum, quodq; juri adversum, illud profectō nec transactioni subjacet, nec ejusmōdè erit objectum babilie d. l. 5. C. d. l. 7. §. 7. l. 4. 15. 16. l. 27. §. 4. l. 28. pr. D. de pact. l. 6. C. cod. & passim alibi. † Nec hic quicquam operari potest necessitas svè status Ratio, per ea quæ non ita pridem diximus. † Taceo alia, quæ monenda essent.
24. † Aliter itaq; ad Adversariorum argumenta respondeo, & quidem, prout eorundem qualitas postulat, vulgari illo brocatdico: Quod
25. solā affirmatione affirmatur, solā negatione refellitur. † Pontifici nullam in Religionis etiam negotio, uti à nobis hic consideratur, potestatem concedimus, nullum jus, nullam Jurisdictionem, sed illud tanquam affectionem politicam ad Magistratum quoq; politicum spectare existimam^o. † Religionis pacificatio nihil quicquam de ipsā Religione, vel de fidei articulis disponit, neque ipsam religionem approbat, sed utriusq; exercitium duntaxat concedit & permittit liberum, eo sine, ut pax publica facta tēta conservetur, nullaq; vis conscientis liberia, in quas Deus sibi soli reservavit dominium, inferatur. † Præstat aliquando plures tolerare in Republicâ Religionēs,

giones, quàm horrendam conscientiarum carnificinam admittere & exercere. † Exemplo nobis sint Medici, qui in morbis gravibus plus quandoq; proficiunt *quiescendo*, quàm *movendo*.

QUESTIO IV.

An Calviniani sive Reformati, quos vocant, pacificatione Religionis comprehensi?

† Quæstionis sensus hic est, *Vtrum Calviniana liberum suæ religionis exercitium vi & beneficio pacis Religiosæ competat?* † Certè si *verba ejusdem* inspicimus, negativam illa efflagitant sententiam. † Potiora adscribere lubido est. † *Doch sollen alle andere / so obgemelten beyden Religionen nicht anhängig / in diesen Frieden nicht gemeint / sondern gänzlich ausgeschlossen sein* † Per Religionem verò duplicem ibi intelligitur *Catholico - Romana. & Confessio Augustana in Comitibus Augustanis Anno 1530. Carolo V. exhibitæ.* † Quicumq; igitur non alterutri & exasse & totaliter adheret, sed tantum de utraq; aliquid participat, ille non gaudet *vi ipsius pacificationis* libero suæ religionis cultu externo, sive sed ut vel *Augustanæ* vel *Catholicam Pontificiam* amplectatur religionem, necesse est. † Vtrum Calviniani alterutrum faciant, ipsi videant. † Alia verò quæstio est, *annon illi hætenus in pacem religionis passivè recepti, hoc est, tolerati fuerint, & annon adhuc tolerari debeant?* † Quod profectò affirmare nullò dubito, *frivans quietè & pace.* P. stolat id ipsum Imperii salus, exigunt callida Jesuitarum fraudes & consuet. *suadet fortè etiam jus iisdem quæsitum, expolit deniq; Pax & quies publica, conscientiarumq; libertas, omnis collisionis nescia.* † Non possum non adscribere, quæ ad Imperatorem in Comitibus Augustanis Anno salutis nostræ 1566. protestantes: † Und wie wohl die Stände der Augspurgischen Confession Verwandt / sich gewissens vnd Behorsams halber auch der warheit zum Beystandt gegen der Käyserlichen Majestätt deromassen erkläret: So were doch ihr Bemüch / Will vnd Meynung gar nicht / den Churfürsten Pfaltzgraffen oder andere / so in etlichen Articulen mit ihnen streitig in

Teuta

Teutschen oder in frembden Nationen in einige Gefähr
 zustellen / oder auch des gegentheils Verfolgung (welche
 in oder aufferhalb Teutscher Nation fürleufft) zu billigen/
 stercken oder den armen betrüben/bekümmerten des worts
 Christi sbr Erzüg vnd Verfolgung Schwertter vnd grösser
 12. zumachen etc. † Videatur Syring. *de pac. Relig. consl. 21. & 22.*
 13. Cran. *diff. de constit. Relig. pars. 1. problem. 13.* † Sed an Calvini-
 anijus mutanda & reformanda religionis etiam competat? alio-
 14. ris indaginis, & longi subfelli res est. † Nobis Non LIQVET.

QUÆSTIO V.

An Religionis pacificatio per Concilium
 Tridentinum sublata fuerit, an verò in pri-
 stino adhuc persistat vigore?

1. † Posteriorius re ad defendunt *nostrates & Theologi & Juri*, pro
 quibus pugnat. † I. Constitutionis de pace Religiosâ natura,
 quæ non admittit, ut *invisâ alterutrâ vel Catholicorum, vel Pro-*
 3. *testantium parte illa tollatur.* † II Tridentini Concilii conditio
 & qualitas de quâ Syring. *consl. 49.* Cran. *d. diff. part. 2. problem. 4.*
 4. † Fuit illud nec pium, nec liberum & amicabile, sed â prisca
 primitivæ Ecclesiæ consuetudine, ab omni deniq; humanitate
 alienissimū. Vide sis Dn. D. Carpz *de L. Regiâ cap. 3. sect. 7. n. 5.* † III.
 5. Pacis Religiosæ post concilium etiam Tridentinum facta con-
 firmatio, de quâ fidem faciunt Recessus Imperit *de Anno 1566 §.*
vnd nach dem/de Anno 1613. § seindt wte/nec non Capitulationes
Cæsares; Rudolphi II. Mathiæ I. Ferdinandi II. & moder-
 ni gloriosissimi Imperatoris Ferdinandi III. quibus singulariter
 ad Pacificationis Religiosæ perennem observantiam juramen-
 to sese obstringunt. Tantum!

Terminalia sunt.

Gratiâ Favente Divinâ !
 ELECTORUM JURISPUBLICICI RO.
 MANO-GERMANICI
 SEMIDECAS DECIMA.

Respondē-
 te Herman-
 no à Wolff
 ramsdorff.

QUÆSTIO. I.

An pax Religiosa Cæsareæ Majestatis suc-
 cessorem obliget, ita ut hic quoq; eandem in-
 violatam servare obstructus sit?

A Firmativæ Dd. sententiæ adscribimus propter expressa
 pacificationis verba, quæ inter alia ita sonant: † Für
 vns vnd vnserer Nachkommen stett/vnverbrüchlich
 vnd auffrichtig halten etc. Auch für ihre Nachkommen vnd
 Erben willigen vnd versprechen/ etc. † Idq; verum esse exi-
 stimo, siue dicta religionis pacificatio ut *pactum, transactio aut*
factus, siue ut *lex quadam Imperii fundamentalis* consideretur.
 † Priori quidem distinctionis *membre* adversari videtur canon
 ille juris vulgatus, quod alterius factum, alterius conventio,
 pactum & contractus alterum minus stringat, & obligatum
 reddat l. 155. D. de R. 7. ibi. *Factum cuiq; suum non adversario no-*
ocere debet, maximè quando alteri per alterum iniqua conditio
 infertur l. 74. D. de R. 7. l. 27. §. 4. D. de pact. ibi: † *Ante omnia*
enim animadvertendum est, ne conventio in aliâ re facta, aut cum aliâ
personâ, in aliâ re, aliâve personâ noceat. † Alia loca parallela in re
 minus obscurâ prætereo. † Verùm hic distinguendum erit, inter
 contractum à Principe, quâ tali, & Republica, Imperiis, negotio-
 rum nomine initum, & inter contractum à Principe ut privato de
 rebus privatis celebratum. † Ille, non hic, successores ad obser-
 vantiam concurrente potissimum salute publicâ adstringere potis
 est, non attentâ etiam quorundam distinctione, *Utrum successor*
adipiscatur Imperium jure susceptionis, an jure electionis? Arnizæus d

9. *Jur. Majest. c. ult. in fin.* † Posterius membrum indubium est, quia principem Legibus fundamentalibus teneri nemo est, qui inficias eat. † Sed quid opus est, *causam obligationis Casarez remoram* inquirere & arcessere? † Constat namq; omnibus de *causá proximá*, quæ est cujusvis in regimine Imperatorio successoris eà de *re propria & jurata promissio*, quam Electoribus factam exhibent Capitulationes Casarez: † Wir sollen vnd wollen auch / sonderlich die vorgemeldte güldene Bull / den Frieden in Religion vnd Prophan Sachen / auch den Landfrieden / sambt der handhabung desselben / so auff jüngst zu Augspurg in 55. Jahr gehaltenen Reichstag vffgericht / angenommen / verabschiedet / verbessert / auch in denen darauff gefolgten Reichs Abschieden wiederholt vnd confirmiret worden / stett vnd fest halten handhaben / vnd darwieder niemand beschweren oder durch andere beschweren lassen / ic. † Addatur *Capitulat. §. penultimus*, qui continet ipsam adlevationem religiosam, ibi: † Solches alles vnd jedes haben wir geredt / versprochen / vnd bey vnsern Königl. Ehren: Würden vnd Worten in namen der Wahrheit zugesagt / thun dasselbe auch hiermit vnd in Krafft dieses Brieffes / Inmassen wir dann das mit einem leiblichen Eyde zu Gott vnd dem H. Evangelio geschworen / dasselbe stett / fest / vnd unverbrochen zu halten / demetwiltich nach zu kommen / darwider nicht zu seyn / zu thun / noch zu schaffen gethan werden / in einig Weis oder Wegen / wie die möchten erdacht werden; † Vnde plus satis patet, successorum Casarez Majestatis licet ille *ex alieno facto suig. Antecessoris pacto* ad religiosam Pacificationis, observationem haut adstringeretur, ipsum tamen *ex propria conventionione cum*
10. *Electoibus Imperii nomine instá* ad eandem obligari. † Verum jam laboritur alia, quæ poterit esse.

Quæ.

QUÆSTIO II.

An juramentum de pace Religionis servandà ac tuendà sit obligatorium, & quousq; se extendat?

† Movent eandem J Cei Dillingenses *in sua compositione Pacis cap. 12. q. 84. p. 613.* & hoc modò decidunt, quod 1. Juramentum additum promissioni, quæ secundum se justa est, non augeat ejus obligationem *extensivè* sed *intensivè* tantum, quia obligationi ex promissione præviâ ortæ novum & certius obligationis vinculum pariat, & hoc ipsum juramentum non nisi secundum eos casus, ad quos fœderis obligatio se extendat, non item secundum eos, qui in fœdere non contineantur, aut excepti censi debeant. † Hinc inferunt, posse immò debere Cæsarem, non obstante juramento, præstito eorum Episcoporum Imperiiq; Principum, qui in pacem Religiosam consentire noluerunt, sed apertè potius contradixerunt, Episcopatus & jura Ecclesiastica defendere, ut Ecclesiæ & possessiones iniquè & contra Pacificationem ereptæ restituantur. † Provocant illi parili ratione ad Capitulationem Cæsaream, ejusdemq; §. 8. qui hujus tenoris est: † *Was auch die Zeit hero einen jeden Churfürsten/ Fürsten Herrn vnd andern/ oder dero Vordern/ oder Dorfahren/ Beist- oder Weltlichen Standes/ der gestalt ohne recht Sewalthätiglich genommen oder abgedrungen/ sollen vnd wollen wir der Billigkeit nach/ wie sich in Recht gebühret/ wieder zu den Seinen verhelpfen/ bey solchen auch/ so viel er recht hat/ handhaben/ schützen/ vnd schützen/ ohne alle verhinderung / vffhalt / oder seumndß.* † Porro Dillingenses omni juramento absolutè etiam factò *res hæcæ conditiones* suapte naturâ inesse scribunt, licet non fuerint expressæ, quarum prima: *Si posuero, h. e. si possibile erit & de facto & de iure:* † Altera, *salvo jure & auctoritate*

- superioris*, si videlicet juramentum juri ejus præjudicet, vel si superior Ecclesiasticus cum autoritate declaret, juramentum in aliquo casu non obligare, ideoque servandum non esse *ex c. non est s. de voto*. † Tertia: *Nisi status res seu objectum promissarii juramenti notabiliter mutetur, aut omnino aliud fiat*. † Quæ Dillingensium assertio plus certe habet in recessu, quam in fronte promittit, & primum intuentibus apparet, uti norunt illi, quorum pectus cognitione publicarum rerum imperiq; negotiorum cognitione imbutum, & adornatum gestit. † Nobis intra cancellos, Academicis vel à nobis ipsis *primâ semidecade præfixos* & positos persistendum est, maximè, cum nec ipsi Dillingenses *in hoc capite ad speciem* descendant. † Quid tamen iis reponi queat, videbimus.
6. † Ut verò ordine progrediamur, omnia ea, quæ Dillingenses late & fuscè agunt, *duobus* includemus *argumentis*: Primum est.
7. † Si quodcunq; juramentum de re licitâ promissorium secundum naturam actus, cui opponitur, explicandum, nec præter aut contra eandem porrigendum, sequitur, quòd & Pacificationis actui adjectum juramentum contra eos, qui in pacem Religionis haut consensere, extendi nequeat.
8. † Sed verum prius. E. & posterius.
9. † Alterum tale erit:
10. † Si omni juramento promissorio certæ & præmemoratæ conditiones suapte naturâ insunt, sequitur, quòd & insint juramento de pace religiosâ tuendâ & defendendâ à Cæsare præstito.
11. † Sed & hic verum antecedens. E. & consequens.
12. † Ad primum respondemus *negando consequentiam* per ea, quæ diximus, *semid. præc. quæst. 1*. Vbi satis, opinor, evicimus, pacificationem Religiosam neq; *factus*, neq; *transactionem* esse, in quo unico tamen Dillingenses consequentix ponunt fundamentum. † Natura igitur Pacificationis non est, ut volentes & consentientes tantummodò obliget & teneat, dissentientes verò ab obligationis nexu immunes efficiat, sed potius omnes
13. *invitos* æquè ac volentes afficiat. † Nec protestatio ejus roboris esse:

esse potest, ut vel autoritatē & vim legis suspendat, & ab eādem protestantem eximat. Et si hīc protestationi concederetur loco, eaq; virtus & efficacia eidē adscribenda esset, vel ipse Pontifex Romanus, ad quem ex mente Dillingensium objectam Pacificationis spectat, hujuscemodi protestatione jurisdictionem Ecclesiasticam, omniaq; jura Episcopalia salva integraq; conservare potuisset, & per consequentiam juramentum illud, quo de jā nobis sermo, nō obligaret Cæsare ad tutelā pacis Religiosæ cōtra Pōntificē, sed potius ipsius Majestas obstringeretur ad ea, quæ Pōntifici per pacis cōstitutionē adempta sunt, eidē restituēda, atq; hac ratione saluberrima illa Imperii lex prius pestū iret, omniaq; juramenti vis uno ictu tolleretur, quod tamē nec Dillingenses, prout ipsorū verba arguunt, cōcedunt. † Invertim⁹ igitur 19. Dillingensium argumentum, dicentes, idē prædictum juramentum etiam extendendum esse contra eos, qui non consensere, cū natura pacificationis religiosæ id requirat & exigat. † In altero argumento negamus antecedens, nec persuaderi nobis patimur, tres illas conditiones, ad quas sese refert, omni juramento esse. † Et comprimis in ordine secundam conditionem non admittit juramentum ab eo, qui nullum recognoscit superiorem, sed ab ipso superiori præstitum. † Longē minus 22. verò dextrē explicatur jus & autoritas superioris, tantum abest, ut rectē hīc excepta dicatur superioris Ecclesiastici autoritas; quæ jurantem à nexu obligatorio absolvat. † Ipsos Dillingenses audiamus, qui *cap. 5. quest. 29. n. 56. p. 154.* hoc modo scribunt: pacem Religiosam esse tædus publicum, in quod ipsemet supremus Magistratus consensit, mutandi aut relaxandi facultate penitus sibi ademptā; † Vid. S. Pacis Religionis 24. s. vnd sol alles & s. solches alles vnd jedes/ib. † Vnd darh̄ 25. ber sezt oder künfftiglich weder aus Dvullkommenheit oder vnter einigen andern Schein / wie die Namen haben möcht / nicht vornehmen / handeln oder ausgehen lassen / noch iemand anders von Ihrer Lieb / vnd Keyserlichen Majestät vnd Dnsertwegen zu thun gestatten. † Annotat. 26.

mus locum parallelum *ex Capitulatione Casaræ, ejusdemq.*
§. 40., quem annotare ex re lectoris benevoli fore existimo.

27. † Wir wollen auch in dieser Zusage der Hülften Bull/ des Reichs Ordnung/ den obangeregten Frieden in Religion vnd Propphan sachen/ auch dem Landfrieden/ sampt Handhabung desselben/ wie auch der in Anno 1555. vffgerichteten Lammergerichts/ beneben des Reichs Executions Ordnung/ vnd andern Besetzen/ so letzto gemacht/ oder künfftiglich durch Vns mit Ihrer der Churfürsten vnd Fürsten/ auch anderer Ständen des Reichs Rath möchten auffgerichtet werden/ kein Rescript oder Mandat/ oder ichts anders beschwerlichs ausgehen lassen/ oder zu geschehen gestatten/ in einige Weiß oder Weg/ dergleichen auch für vns selbst wider solche Hülftene Bull vnd des Reichs Freyheit/ den Frieden in Religion vnd Prop' an sachen/ vnd Landfrieden/ sampt Handhabung desselben von einiger Hohen Obrigkeit nichts erlangen/ noch auch ob Vns etwas dergleichen aus einiger Bewegung gegeben wehre oder würde/ nicht gebrauchen in keine weise/ sonder
28. alle Befährde. † Pergunt Dillingenses *cap. 5. quest. 29. n. 17. d. p. 154.* serid affirmantes, summum Pontificem fædus publicum cum hæreticis etiam sine ejus approbatione juratum, propter necessitatem non relaxatum esse, cum Papa dispensandi aut relaxandi potestate uti non debeat, si gravius inde Ecclesiæ detrimentum timeatur, quàm utilitas speretur. Id autem in proposito casu futurum esse, Si dicatur, Catholicos cum Pontificis consensu fædera publica contra jus gentium violare. † Ex quibus omnibus luce meridianâ clarius, evadit renunciatum hic esse à Cæsareâ Majestâte omnibus omninò tum potestatis plenitudinis, tum juramenti relaxationis vel à juramento absolutionis Papalis beneficiis, quo in casu, si verum dicere verum est, absolutio nullo modo fieri poterit, nisi omnem protus

profus fidem, unicū concordiæ publicæ firmamentum ad In-
 feros, relegatam & ab Imperatore, in quo solo ea requiritur, utut
 à toto mundo ferè exularet, penitus exulare mallemus, ut mi-
 ror profectò, non deesse, qui duplicem absolutionem hic ad-
 mittunt, quia quot sint juramenta, tot sint absolutiones necessa-
 riæ. † Elegans scilicet, si Diis placet, ratio! Risum teneatis 30.
 amici! † Immo quot sunt juramenta (tot verò sunt juramen- 31.
 ta, quot clausulæ vel capita) totidem erunt nova obligationis
 vincula. † Et quid multis? Ponamus licet non obitante jura- 32.
 mento ab Imperatore præstito papalem ejusdem relaxationem
 fieri, promittit tamen Cæsarea Majestas, se eadem nunquam
 usurum esse. † Quod postremum certè omnem penitus scrupu- 33.
 lum tollere videtur. † II. Rationem illam, quæ à Pacificatione 34.
 Religiosâ tanquam re propter necessitatem constitutâ, Papæ
 dispensationem Dillingenses remotam volunt, esse *generalem*
 & *stante eâ* Papam nullam conventionem aut promissionem ju-
 ramento corroboratam relaxare posse, ac consequenter falsum
ex propria Dillingensium hypotesi effici, quod dicant, omni jura-
 mento subesse hanc conditionem, *salvo superioris Ecclesiastici ab-*
solutionis & relaxationis jure; † Atq; sic Dillingensibus per Dil- 35.
 lingenfes sat responsum erit. † Super sunt plurima alia, quæ 36.
 adungi possent, sed hisce jam supersedeo. † Unicum duntaxat 37.
 moneo, adhuc de eo sub judicelitem esse, *ad quem spectet jura-*
menti relaxatio, an ad Pontificem & Magistratum Ecclesiasticum,
an ad Magistratum politicum & secularem? † Et in quibus tan- 38.
 dem casibus absolutio à juramento locum habeat? Quæ in re sæ-
 pius aberratum fuisse, historiæ attestantur, adeò ut non ratò
 quis cum Glossâ exclamare potuisset, *Nimium Papaliter dispensa-*
tum est. † Pontifex Romanus in Religione juramenti relaxa- 39.
 tionem fundat; Sed *Religionem erga Deum* eadem relaxatione
 & dispensatione tollit, pellundat, dissipat. † Non absolvit à pec- 40.
 cato, nec remittit hoc casu peccata, (quam clavis potestatem,
 nec nos eidem ut Ecclesiæ Episcopo denegamus,) sed quando
 absolvit à juramento Pontifex, *ex peccato*, quod perjurium est,
 efficere conatur *non peccatum*, & qui Divinæ ac summæ Majestati,
 qua.

quæ semper terribilis, semper metuenda, nulliq; impunè premenda, sub religionis fide obligatus erat, eum liberum & immunem pronunciat, prohibetq;, ne Deus in testimonium & ad viandam vocatus invocationem recipiat, neve Majestatem suam perfidiam contemni putet. † Apage impietatem illam horrendam! † Confer omninò B. Balduinum *de Casibus Conscientia lib. 2. cap. 9. cas. 18. p. 359.* Arniseum *lib. 2. de Jur. Majest. cap. 6. n. 2. § seqq. p. 382. & seqq.* Et Cranium *dissert. Jurid. Pol. de Constit. Religionis part. 1. problem. 7. p. 80. § seqq.* † Rejeçtâ igitur Dillingensium *proposita questionis* explicatione, *tribus ferè verbis* ad eandem respondemus; † Nimium juramentum illud Cæsareum esse obligatorium, in tantum, ut vel contra invitos, immò ipsum Pontificem Religionis Pacificationis vim fortè inferentem, suam extendat, non obstante promissione de sede Romana defendendâ, à Cæsare, Electoribus Catholicis factâ, quæ quomodo exaudienda, superius diximus. † Et quod dispensationi nulli, utut eadem aliàs certis in causis Pontifici assignaretur & concederetur, hic locus esse possit, hocce fundamento probo: † Quodcumq; juramentum non repugnat juri divino, nec juri naturali aut juri gentium, immò nec juri civili positivo, sed potius in iis omnibus fundamentum habet, illud relaxationi, dispensationi vel absolutioni ulli haut subjecet, nec per dispensationem tolli potest. † Atqui juramentum à Cæsare præstitum de pace Religionis tuendâ tale est. † Majorem largiantur indubiè ipsi Pontificii. † Nec, opinor, negabunt minorem. † Si enim istud juramentum juri Divino, naturali et gentium repugnaret, ipso jure nullum esset, ita ut nec indigeret dispensatione Pontificis, cum nec ullo modo per se obligaret jurantem, & hac ratione omni moda pacificationis vis corruere, nec illa servanda, multò minus defendenda esset, quâ doctrinam damnant ipsi Dilligentes sibi ipsis tamen non rarò adversantes & contrarii. † Et hæc etiam causa est, cur circa hanc quæstionem nullum posuerint illi Corollarium, quod conditionem juramentorum secundam ad nostrum casum applicaret, dispensationemq; Papalem in hoc negotio admitteret.

Quæ.

QVÆSTIO III.

An pax Religiosa expiret & tollatur, si alterutra pars ab eâ recedat, contra eandem agat & peccet?

† Vulgatum est diverbium, & apud Dd. satis decantatus
versiculus,

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

† Unam scribunt Dillingenses in sua compositione Pacis cap. 5. q. 29. omnium Doctorum esse sententiam, videlicet omni reciproce promissioni, contra cui, fieri eam conditionem suapte naturâ inesse: Dûmodò pars altera promissis stererit, uti habeatur inc. 3. de jurejurando & ita summati soleat: † Quod aliquis non obligatur ad implendum promissum, si pars altera implere intermittat. † Et in reg. 75. in 6. ita legi: frustra fidem quis sibi postulat servari ab eo, cui fidem à se præstitam servare recusat. Idem tradit à Gl. & Legisla in l. cum proponas 21. C. de pact. †. Idq; non obstante juramento verum esse, quia illud intelligi debeat secundum naturam actus, cui adjungitur C. quemadmodum 25. de jurejur. † Alioquin iniquissimam esse conditionem partis alterius, v.g. Christiani Imperatoris, si cum Turcis inuito ac jurato fœdere, iis apertè violentibus ex suâ parte observare deberet. † Vnius, inquit Grotius lib. 3. de jur. Bell. ac pacis cap 19 pag 508. ejus deq; cõtractus capitula singula alia aliis inesse videtur per modum conditionis, quasi expressum esset, hæc ita faciã, si & alter faciã, quæ promissit. † Idèò Tullus Albanis respondens, Deos testes facit, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant elades belli. † Nò tenebitur pro socio, ait Plpianus, qui idèò renuntiavit, quia conditio quædam, quâ societas erat inita, ei non præstatur. † Hanc ob causam, quoties alia mens est, solet difertè poni, ut si contra hanc vel illam partem quid fiat, cætera non eo minus rata maneant. Hæc Grotius. † Facit huc etiã Thucydides illud: Soluti fœderis

- ris causam sustinent, non qui deserti ad alios se cōferunt, sed qui
 12. urari promiserant opem, se non præstant. † Verùm enim verò ut
 ut hæc ita se haberēt, attamē nō nisi re a pacta, cōvencionē, fœ-
 13. dera suum obtinerent locum, quorum syllabo autem haut rectè
 pacificationē Religiosam accenseri, jam demonstravimus. † Ad
 quæstionem igitur respondemus *negativè*, quia nō hæc est legis,
 qualis etiam pax religionis existit, natura, ut illic esse desinat,
 si ab iis, quibus lata & præscripta, violetur, quin potiùs eadem
 14. nolētes refractarios, & transgressores cogit, adigit, coercet. † Si
 dixerit quis, hic primò omnium inter leges distinguendū, Im-
 periiq; legum, & maximè *constitutionis hujus Religiosæ*
 longè diversam rationem esse, utpote quibus subsit conventio,
 15. pactum, fœdus. † Ad responsi feret, non negari equidem diver-
 sum hoc in casu occurrere constitutionis modum, eum tamen
 vi & virtuti legis haut derogare, sed eandem permanere sal-
 vam & integram, utq; illa sortiatu effectum, parata offendi
 certa juris remedia, quibus violatores pacis religiosæ compelli,
 læsi in integrum restitui, & immorigeri ad observantiam
 16. legis compelli queant. † Hæc de re utriq; parti prospectum
 esse videmus in ipsius pacis religiosæ s. *Ferner verpflichten vnd verbinden wir vno. Ibi. Vnd so auch einig Theil/ oder Stand wieder solchen auffgerichteten Frieden/ denn andern (als doch nicht seyn soll) ietz oder künfftiglich mit thätlicher Handlung/ die geschehe heimlich oder öffentlich/ vergewaltigen oder beträngen würde. daß die Käyserliche Mayestät/ wir vnd sie/ auch vnser vnd ihrer Nachkommen vnd Erben als dann nicht allein den vergewaltiger/ oderr. so thätliche Handlung vorgenommen/ keinen Rath/ Hülf/ oder Beystand leisten/ sondern auch den andern Theil oder Stand/ so wider diesen Frieden vergewaltiget/ vberzogen oder bekrieget würde/ wieder den vergewaltiger oder der sich thätlicher Handlung vnters-*
 nimbt/

nimbt / Hülf vnd Beystand leisten wollen vnd sollen / alles getrewlich vñ vngefählich / etc. Et mox: Wir befehl vñ gebieten auch hiemit / vnd in Krafft dieses vnsero Reichs Abschieds / dem Keyserlichen Cammerrichter vnd Beysetzern / daß sie sich diesem Friedstand gemäß halten vnd erzeugen / auch den anruffenden Partheyen darauff vngeacht / welcher der obgemelten Religion die seyn / gefährliche vnd nothdürfftige Hülf des Rechts mittheilen / vnd wieder solches alles kein Citation, Mandat vnd Process erkennen vnd decerniren sollen. † Unde luculenter apparet, per unius aut alterius status transgressionem non ipsam pacem subverti, tolli, & aboleri, sed tantummodò si ea cum vi quadam conjuncta sit, parti læsæ defensionem injuriæq; propulsionem concedi, & ad resistendum iis, qui limites pacis violenter transcendant, Cæsarem aliosq; Imperii Ordines obligatos, vel si *violentia* fortè absit, à Camerâ Imperiali ritè imploratâ cuilibet nullo religionis discrimine habito justitiam administrandam esse. † Par quoq; aliarum Imperii legum ratio & conditio est. Et hæc quidem prorsus certa esse certò mihi persuasum habeo, ubi scilicet *aut unus aut alter ex Imperii statibus* contra pacem Religiosam agat. † Quod si verò talem præsupponamus casum, ubi vel omnis Catholicorum, vel omnis Protestantium ordo & societas à Religionis pacificatione recedat, eandem suscipere deq; habeat, contemnat & transiliat, tunc profectò res scrupulo haut carere videtur. † Quicquid verò sit, nos vel eo etiam in casu ulli pacis religiosæ rescissioni locum non concedimus, sed idem, quo de paulò ante diximus, observandum esse existimamus. † Cæsari hic lites dirimere, pacem religionis defendere, nec non ejusdem transgressores, prout decet & justitiæ ratio postulat, punire, aut etiam vim vi repellere incumbit. † Secus esset, si mutuis omnium & Cæsaris & Catholicorum & Protestantium consensus interveniret, Abrumpo.

Quæstio IV.

An religionis juramentū de profitendâ, ser-
vandâ, & retinendâ doctrinâ libri Concor-
diæ, quod exigunt Magistratus Lutherani tū
ab Ecclesiasticis tum â Politicis officialibus,
paci Religionis conforme & ob-
ligatorium sit?

1. † Negativam suadet sententiam *l. conscientiarum in caus. à Religio-*
2. *nis libertas.* † Nihil enim est tam voluntarium, tam suæ spontis,
tam impatiens coactionis & dominationis, quàm Religio, quæ
si cogitur, non amplius est Religio, sed fucus et inane simula-
crum. † Deus liberissimum illud agens, liberum exposcit cultum;
4. Deus mentium Rex est. † Deus est, qui ut piè dixit Poloniæ Rex
Stephanus tria sibi reservavit, Ex nihilo aliquid facere, futura
præscire & conscientiis dominari, ut proinde nō possit nō omni-
um mereri applausum Imperatoris Maximilianī II. effatum, ce-
dro perenni; memoriâ dignum: Nullam scilicet esse Tyranni-
dem intolerabiliorem, quàm conscientiis dominari velle. †
5. Quod vel Henricus III. Galliæ Rex in extremo mortis articulo
confiteri cogebatur, quando hisce verbis adstantibus ultim-
um quasi Vale dicebat: † Conscientiæ dominium non ad Re-
ges ullosve pertinet. Magistratus. † Religio itaq; siue divini
numinis cultus internus nullam admittit potestatem politicâ,
nullum ea agnoscit, sed respicit penitus omne imperium politi-
cum, cum non sit hoc in sensu effectio politica, nec imperari sed
impetrari, animisq; hominum implantari, non præcipi, sed ex
auditu verbi percipi, non imponi, sed cordibus hominum
imprimi debeat. † Corpora de loco in locum transferes, ani-
mis invitis nullam vim inferes, nihilo magis, quàm si lateres &
ligna cogas vocem emittere, *ὡς γὰρ βασιλεὺς, εἰδὲ ἄρχων, οὐ δύναται ἡ-
μῶν πνεῦμα ἢ μὴ πνεῦμα εἶναι,* † Nullus Rex, nullus Princeps efficere
valet:

valet, ut quicquam agamus præter animi sententiam, verba sunt antiquissimi Philosophi Calani ad Alexandrum Magnum scripta † Confer B. Gerhard. tom. de Magistr. Polit. p. 846. 10.
 & seq. † II. Per pacificationem religionem utriusq; tam Catholicorum quam Confessionistarum religionis facta permissio, & quod inde dependet, liberum exercitium. † Quæ verò 11.
 conscientiarum & religionis libertas per prædictum religionis juramentum si non tolli, ad minimum tamen impediri videtur, dum jurans vel Augustanæ Confessioni formulæq; Concordiæ simpliciter stare & adherere, aut ab officio abire tenetur. Hinc forte non raro contingit, ut tum formidine contumeliosæ & ferè infamis ab officio remotionis, tum spe salarii, sustentationis, & honoris per officium adepti, si non augendi, attamen conservandi causâ, veritas etiam agnita à jurante reticeatur & dissimuletur. † Vnde nascitur porro: II. præsentissimum perjurii periculum, cuiq; VIRO BONO præcavendum. † Accedit IV. 12.
 Protestantium ad Cæsaream Majestatem de promovendis etiam Augustanæ Confessioni addictis ad officia vacantia politica sæpius delata & reiterata subjectissima petitio, & quæ eam non ita pridem infecuta fuit hac dere Cæsarea promissio, si modò hujusmodi adesseat & concurrerent subjecta, quæ promotione officiorumq; digna reputentur. † Quo ipso à Confessionistis æqualitas in promovendis utriusq; religionis hominibus observanda commendatur, propugnatur ac defenditur, quæ tamen à se ipsis posthaberi & negligi videtur, non nisi Lutheranis honorum portas aperiundo. † Sed hæc non attentis affirmativam 13.
 defendendam suscipiemus sententiam, pro quâ stabilienâ hoc formamus argumentum: † Quodcunq; juramentum omnibus suis conitat requisitis, hoc est, causâ efficiente, formâ, objecto & sine, illud certe est legitimum. Atqui juramentum religionis tale est. E. † Minoris veritas ex subsequentiis patescit. 14.
 I. I. Causa Efficiens est Magistratus legitimus, ad quem non modò unius ejusdemq; veræ religionis cura, sed & jus juramentum subditis imponendi spectat. † II. Forma per se patet, & ut legitima præsupponitur. † III. Objectum seu materia cir-

- ca quam est Religionis & cultus divini sinceritas, quam non minus extra controversiam, utpote à nostratibus Theologis plus
20. satis jam demonstratam & evictam ponimus, † IV. Finis vel
21. est primarius vel secundarius: † Primarius est gloria Majesta-
22. tis Divinæ: † Secundarius est Reipublicæ beatitudo, & tran-
23. quillitas. † Religio enim omnium Rerum publicarum funda-
- mentum est, ab eâq; subditorum fides in principes, obedientia
- ergâ Magistratus, pietas in parentes, charitas in singulos, justitia
- in omnes pendet, ut ex Polybio inquit Eodinus 4. de Republ. 7. n.
24. 482. † Nec destituimur cultus divini juratò promissi exemplis
- Biblicis. sed eâ recenset B. Gerhardus noster de Magistratu Poli-
- sico p. 871. nec non D. Cornelius Beccerus disp. de Juramentis lb.
117. & post eos Dn. D. Finckelthuisius de Jur. Patronat. cap. 6. n.
25. 142. † Videatur Deuteron. cap. 29. v. 10. & seqq. ubi Moles fœcia-
26. lis ait: † Statis coram Domino Deo vestro, ut transeat in fœ-
- dere Domini & in jurejurando, quod hodiè Dominus percutit
- tecum, ut suscitetur tibi in populum, & ipse sit Dominus Deus
- tuus, sicut locus est tibi & patribus tuis & c. Nec vobis solis; ego
- hoc fœdus ferio & hæc JURAMENTA, sed cunctis presentibus
27. & absentibus. † Nec nõ Nebem. cap. 10. vers. 29. ibi: Et venerunt
- ad jurandum, ut ambularent in lege Dei, quam dederat olim
- per Moysen, & facerent ac custodirent universa mandata Domi-
28. ni Dei nostri. † Quæ in contrarium allata fuere, nos non feri-
- unt. Etenim libertatem conscientiarum, liberumq; religionis
- exercitium nec nos impugnamus, sed svademus potius, tuemur
26. & defensamus. † Verum religionis juramentum iisdem obsta-
30. culo & impedimento esse pernegamus. † Nulla hic adest co-
- actio, nulla violentia, sed actio jurantis est spontanea & volun-
31. taria. † Nec ita jurans præcisè & simpliciter ad certum reli-
- gionis cultum adstringitur, sed tantummodò secundum quid,
32. certo modo, respectu, & ad certum tempus, † Hoc est, jurans
- promittit tamdiu se ad hæc velle Augustinæ Confessionis, &
- libris Symbolicis, nec quicquam contra hæc haturum, quam-
- diu publico isto fungetur officio vel Ecclesiastico vel politico:

† Si

† Si verò forè contingeret, ut alium electurus esset reli- 33.
 gionis cultum, de eo se Magistratum certiorum facturum, nec
 Ecclesiæ statum turbaturum, sed quietè victorum vel penitus
 emigraturum esse. † Liberù itaq; adhuc erit juranti, eam, quam 34.
 conscientia dicitur, religionem amplecti, si modò functioni
 valedicat. † Perjurium etiam, quod huic juramento subesse ter- 35.
 tizæ rationis summa est, cum non præsumatur, nec facillè quoq;
 metuendum erit, maximè in iis personis, quæ ad officia publica
 Ecclesiastica & Politica promoventur. † Secus, omnis certò ju-
 ramentorum usus cessaret, & quidem multò magis aliis in casu-
 bus, non æquè gravibus, aliisq; personis, non ita religiosi. † Im- 36.
 mò metum perjurij excludit et remouet metus infamiz & poenæ
 ex perjurij juranti imminentis, cujus intuitu etiam homines
 si non Dei forè timore, quæ plurimorum est *opinio*) religio-
 nem sincerè colere velint, ab imposturis in turbando & con-
 uellendo Ecclesiæ statu deterreri possunt. D Finckelthuisus d. l.
 † Quarta & ultima deniq; dubitandi ratio negari equidem non 37.
 potest, sed diversitatis statim hic conspicitur ratio, quæ est in-
 ter eos Cæsareæ Majestatis officiales, de quibus ibidem sermo,
 hoc est, Iudicij aulici Cæsarei, sive consilij aulici Imperii *les*
Räys. Reichs Hoff Raths Assessores, & inter aliorum Princi-
 pum Imperii ministros. † Cum enim consilium illud Imperij 38.
 aulicum] causas imperium concernentes tractet atq; examinet,
 (quo nomine *der Reichs Hoff Rath* appellatur) quæ non raro
 ipsum religionis spectant negotium certè, Protestantium in-
 terest, ut illud non ex solis Catholicis, sed & simul Augustanz
 confessioni addictis subiectis constituatur. † Quà rationem prorsus 39.
 singularem, nec ad alios casus trahendam esse, nemo non
 videt. † Et quid multis? Ipsi Dillingenses religionis juramen- 40.
 tū, quod in Papatu personæ Ecclesiasticæ & regulares præstant,
 quòq; se Ecclesiæ ad seruiendum & professionem fidei obligant,
 non damnant sed ut licitum defendunt. † Cur non & idem 41.
 liberum permittent Lutheranis? † Differentiæ quidem ratio- 42.
 nem ponunt, sed non probant.

Quæ.

An pax Religiosa ad certum duntaxat tempus constituta?

1. † Papicolæ pro sententiâ affirmante tanquam pro aris & focis communiter quondam militabant, & inter eos Franciscus Burgkardus in autonom. & Georgi Landtherr in Scharffen runden Muge / qui pacem religiosam nil aliud præterquam merâ tolerantiâ, conniventî & tractationē vocitare haut erubescunt, ejusdem durationem usq; ad Concilium tantummodo extendentes. † Hinc pleno etiam ore Pontificii pacem Religiosam per Concilium Tridentinum extinctam, abolitam & prorsus sublatam fuisse clamitant. Pontificiis autem opponimus Pontificios, Dillingenses scilicet Jureconsultos, qui tarentur ingenuè, sapius dictæ pacificationis Religiosæ viam esse perennantem, nec ad certum temporis spatium restrictam.
2. † Verba enim Pacificationis tam clara & aperta sunt, ut sub nullo etiam prætextu in dubium vocari, inq; alium sensum detorqueri queant. † Illa sic habent: *Und nach dem eine Vergleichung der Religion vnd Glaubenssachen durch ziemliche vnd gebürliche Wege gesucht werden sol / vnd aber ohne beständigen Frieden zu Christlicher freundslicher Vergleichung der Religio nicht wol zu kômen: So habē wir ic. bewilliget / solche Friedē in allē obgeschriebenen Articulu bis zu Christlicher / freundslicher vnd endlicher Vergleichung der Religion- vnd Glaubenssachen / stet fest vñ vnverbrüchlich zuhalten / vnd demselben treulich nach zukommen. Wo dan solche Vergleichung durch die Wege des General Concilii, National Versammlung, Colloquien oder Reichshandlungen nicht er folgen würde, sol also ann nichts desto weniger dieser Friedens Stand in allen oberzehlten Puncten vnd Articulu bey Kräfften bis zu endlicher Vergleichung der Religion- vnd Glaubenssachen stet vnd bleiben / vnd sol also hiermit obberührter gestalt / vnd sonst in alle andere wege ein beständig / behäretlicher / vnd bedingter für vnd für erwahrender Frieden außgerichtet vñ beschloßē seyn vñ bleibē. Tantū! Terminalia sunt.*

Gratiâ Favente Divinâ !
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO GERMANICI
 SEMIDECAS UNDECIMA.
 QUÆSTIO. I.

Responde-
 te Theophi-
 lo Bergmã-
 no Gorbã-
 Thuringo

An religionis pacificatio ex parte prote-
 stantium considerata, soli Augustanæ
 confessioni, & cui innitatur?

Confessio Augustana nihil aliud est, quàm fidei liberri-
 ma & articulata confessio à Protestantibus in Augusta-
 nis Comitibus Anno 1530. Carolo V. exhibita. † Illa cõ-
 muniter vel mutata vel imutata dicitur, *die geänderte vnd un-
 geänderte Augspurgische Confession.* Immutata appella-
 tur ea, quæ nullum novum Doctrinæ genus in se continet, fidei
 articulis Carolo V. oblatis contrarium, quamq; Concordiæ li-
 bro insertam conspiciamus. † Mutata verò vocatur Augustana
 Confessio, quæ falsa, & à primâ Confessione aliena, eidemq;
 adversa complectitur dogmata. † Ad hanc refertur Exemplar
 Confessionis anno 1547. & 1541. Witebergæ editum & typis ex-
 pressum, quo de vide *Die Hauptvertheidigung des Aug-
 spffels cap. 26. pag. 471. & seqq.* † Hisce præmissis dicimus, pa-
 cem Religiosam quoad Protestantes fundari equidem in primâ,
 sive immutatâ Confessione Augustanâ, non tamen in solis ipsi-
 us verbis & Articulis, uti volunt quidam ex Papicolis, quos sa-
 tis refutant I. Ipsa Pacificationis verba: † *Das wir keinen
 Stand des Reichs von wegen der Augspurgischen Con-
 fession vnd derselbigẽ Lehr/Religion vnd Glaubens halbẽ
 mit der That gewaltthätiger weise überziehen / beschädi-
 gen, vergewältigen, oder in andere wege wieder sein Con-
 sciencz wissen vnd willen von dieser Augspurgischen Con-
 fession*

- fessionis Religion/ Glauben/ Kirchengebrauchen/ Ordnungen vnd Ceremonien/ so Sie auffgericht/ oder nochmals auffrichten möchten/ &c. † II. Ipsi Confessionis Augustanae Epilogus. ibi: *Sij sind die fürnehmsten Articuli/ die für streitig geachtet werden/denn wiewol man vielmehr Wißbräuche vnd Vnrichtigkeiten hett anziehen können/ So haben wir doch die Weitleufftigkeit vnd Länge zu verhüten/ allein die fürnehmsten vermeidet/ worauf die*
8. *andern leichtlich zuermessen. † Et mox: Solches alles haben wir im besten vnd vmb Bimpffs willen obergangen/ damit man die fürnehmsten Stück in dieser Sachen desto*
10. *baß vernehmen möge: III. † Ferdinandi I. Imperatoris instructio Colloquii Wormatiensis Præsidi Episcopo Numburgensi Anno 1557. data, quæ inter alia ita habet: † Ob wohl*
11. *sie von Billigkeit wegen vnd nach aufweisung der jüngst zweyer Reichs Abschiede wol Ursache gehabt/ solche Frage zu thun/ vnd des andern theils Theologen gar vnverweisslich seyn mögen. weil sie sich in specie erkläret hetten/ welche opinionen sie in der Augspurgischen Confession eingeschlossen sein hielten/ nichto desto weniger/ dieweil sie sich der Augspurgischen Confession anhängig sein erkläret/ mit dem Anhang/ daß sie die Lehren/ so derselben zuwider seyn/ damniren, vnd bey jeden Articuli zuerklären erboten/ So mögen auch die Theologen vnser alten Religion sich an solchen erbieten wohl begnügen lassen/ &c.*
21. *† Vnde liquidò apparet, nec pacem religiosam immò nec ipsam Confessionem Augustanam ad articulos duntaxat in eâ expressos restringi, sed potius ad alios, etiam articulos extendi, qui fortè ab expressis dependeant, ex iis deducantur, formantur & illiusantur, quiq; iis secundùm præscriptum verbi divini, unicè & sin veritatis normæ & regulæ correspondeat, nec distormes*
- sint.

sint, five adverteatur & repugnent. † Pro majori hujus rei evi-
 dentiâ prædicta in formam syllogisticam redigere operæ præ-
 tium erit. Argumentum tale esto: † Quodcumq; non omnes
 in se continet Confessionistarum seu Protestantium religionis
 ejusdêq; doctrinæ & fidei articulos, in eo solo etiâ pax religiosa
 fûdari nequit. Atqui de Augustanâ Confessione verum prius E.
 † Majoris connexio corroboratur ex Constitutionis Religio-
 sæ paulò ante relatis verbis, ubi non modò Confessionis Augu-
 stanæ, sed & insuper Confessionistarum doctrinæ, religionis &
 fidei imencio fit, ut hinc firmiter concludatur, Pacem religiosam
 ex parte protestantium ad totam eorundem religionem specta-
 re, totiusque doctrinæ & fidei capita suo includere tutamini &
 patrocinio. †. Hinc etiam sæpius sola Religionis vocula appo-
 nitur, vnd soll die streitige Religion nicht anders / dann
 durch Christliche, freundliche, / friedliche mittel vnd wege
 zu einhelligen Christlichen Verstand vnd Vergleichung
 gebracht werden / ic. Et paulò post: doch sollen alle andere /
 so obbemelten beyden Religionen nicht anhängig: c † B.
 tem: welcher sich aber beyder Religion Stände nicht haben
 vergleichen können / Damit auch oberürte beyderseits
 Religions Verwädte, / cz. so soll die geistliche Jurisdiction
 wider die Augspurgische Confession, Religion / Blauben /
 Bestellung vnd Ministerien / Kirchen gebräuchen Ord-
 nungē vnd Ceremonien / so sie auffgericht / oder auffrich-
 ten möchten / bis zu endlicher Vergleichung der Religion
 nicht exercirt, gebraucht oder geübt werden / sondern der
 selbigen Religion ic † Es soll auch kein Standt den an-
 dern zu seiner Religion tringen / & passim ibidem. † Mino-
 norem stabiliant ea, quæ & Augustanæ Confessionis Epilogo
 attulimus. † Et si hæc plenaria & totalis foret Confessionis-
 tarum Religionis comprehensio, in pace Religionis voces illæ
 viderētursuperflua: Religion / Blauben; siquidem sat fuisset
 dicere, wegen der Augspurgischen Confession.

QUÆSTIO II.

Num. Confessionis Augustanæ Professores adhuc extent?

1. † Dillingensium est hæc quæstio, quam hoc modo decidunt: Paucos aut vix ullos hodiè existere, qui Augustanæ Confessioni adhæreant, cum omnes fermè Protestantes aut formam Concordiæ & Ubiquitatis doctrinam sequantur, aut sacramentarium errorem teneant, quidam verò nihil omninò credant, sed dubii sint, aut athei. † Causam illi Jesuitarum & comprimis.
2. Foreri agunt: Vtrum feliciter, videbimus. † Primum Dillingensium fundamentum est: Qui Confessioni Augustanæ adhærent, non debent alios fidei substantiales articulos adversus Ecclesiam Romanam docere, præter eos, qui in Confessione expressi sunt: Constat autem Lutheranos, & antequam Confessionem suam ederent, & postea plures fidei substantiales articulos docuisse & adhuc docere, qui in Confessione Augustanâ explicati non sunt. Ergo non adhærent Confessioni. † *Pro majori propositione stabilendâ facere videntur regulæ illæ ex jure civili Romano desumptæ, & à prædicto Foro productæ, quas eidem à Dillingensibus suppeditatas fuisse, suspicantur nostrates Theologi in *Vind. papill. Evangel. cap. 84. p. 964. & 967.**
3. † Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias *l. 14. l. 15. & seq. D. de LL.* † Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi *l. 162. D. de R. I.* † Quæ specialiter concessa sunt civitatibus vel provinciis vel corporibus, ad generalitatis observantiâ non pertinent. *l. 3. C. de LL.* & quæ sunt hujuscemodi aliæ, ad quas solidè responderunt prælaudati Theologi *l. l.* † Vnicum adhuc addo circa regulam primam, eam nimirum retenti etiam *Rationis* Vocabuli Forensiana explicatione, (*quæ certè non videtur improbabilis, per ea, quæ in ipso consuetu dicimus,*) nihil quicquam inferre, quod propositionem majorem comprobet. † Nulla enim consequentia est: *Si id, quod contra rationem juris introductum, non stabilendum ad conse-*

consequen'ias, Ergo nec Confessionista alios præter expressos articulos docere possunt. † Probandum prius esset, Augustanam Confessionem adversari juri communi & generali divino, quod unica vera Religio nota & norma esse debet. † Si verò Dillingenses hic jus humanum vel Cæsareum vel Canonicum intelligunt, nã illi turpiter à verò aberrant. Consule omnino Theol. Saxon. in *Vindic. Pup. Evang. c. 16. p. 174. & seqq.* † Præterea subest prædictæ regulæ quædam limitatio, nisi eadem, aut major adsit ratio eademq; utilitas, cui rei lumen de lumine suo accendit *l. 3. D. de Constit. Principum cum locis aliis parallelis non paucis*. † Negamus itaq; propositionem majorem, eiq; opponimus eam, quæ in *quæstione primâ* posuimus. † Minorem probare annuntur Dillingentes ex articulis Smalcaldicis, quos Confessionis Angustanæ variè obviare scribunt. Rectè verò ad id prælaudati respondent Theologi tum *generatim*, tum *speciatim*. † *In genere*, ex eo scilicet, quod Smalcaldici Articuli in pace Religionis non fuerint exclusi, ut ut id temporis extiterint, præsumi eosdem eidem potius inclusos. † *Specialiter*; Et circa doctrinam *de missâ pontificiâ*, *de ipso Pontifice*, *deq; libero arbitrio* nullam inter Constitutionem Religiosam & Confessionem Augustanam, contradictionem conspici, *d. Vindic. cap. 84.* † Vigent secundo Dillingentes *Varias Augustanæ Confessionis mutationes & Editiones*, quas nec nos quidem disstitemur, sed tamen eas vel *Lutheri vel Protestantium consensu & approbatione factas esse*, inficias imus. † Immo damnamus potius illas, & à pace Religionis prorsus remotas volumus. † Audiamus, quæso, ipsos principes & status Evangelicos; qui in *prefatione libri Concordiæ*, expressis & claris verbis attestantur, se post sinceram & immortalem verbi Dei veritatem, *solam primam illam Augustanam Confessionem Imperatori Caroli V. Anno 1530. in celebribus illis Comitibus Augustanis exhibitam, nec ullam aliam amplecti velle*, cujus exemplum in Archivis Antecessorum suorum excellentis memorix, qui ipsi Carolo V. in Comitibus illis eam exhibuerint, reposita, per fide dignos homines, cū eo, quod Imperatori ipsi exhibitum, in Sacri Romani Imperij Archivo asservetur, diligenter collata fuerint.

20. † Reliquis Dillingensium argumentis abundè jamdudum satisfacere nostrates Theologi, ad quos lectorem cupidum, ne
 21. extra oleas vagemur, remittimus. † Concludimus igitur, Lutheranos Augustanæ Confessionis Professores & adherentes adhuc extare, nec ullâ ratione ab eadem unquam recessisse.
 22. † Coronadis loco hunc in modum ratiocinari lubet:
 23. † Quicumq; se declarant, publicitùs confitentur & attestantur, se agnoscere aliam nullam Fidei Confessionem, præterquam primam Augustanam, nec quicquam eidem contrarium foveant, approbant, sed potius repudiant, damnant, respiciunt, illi certè Augustanæ Confessionis adherent. Sed de Lutheranis verum antecedens. E. & consequens.
 24. † Major manifesta sit ex Ferdinandi I. Imperatoris resolutione, quam exhibet præcedens quæstio primâ. † De minori constat ex jam dictis, eamq; ut veram & à Theologis satis probatam præsupponimus.

Quæstio III.

An constitutioni Religiosæ, Theologorum disputationes quæ de Religione instituuntur, refragentur?

1. † Primâ fronte id affirmandum videtur, ob rationes, quas ordine nunc recensimus. † I. Per quodcumq; vel Catholicis, vel Confessionistis molestia creatur, mutua animorum benevolentia, & ipsa pax inturbatur, illud certè pace Religiosa erit prohibitum. Sed illud ipsum per disputationes Theologorû fit. E. † Major certa est, nullaq; probatione indiget, tanquâ
 2. in ipsâ Constitutione Religiosâ sit fundata: ibi: † In dem ein jeder den andern mit rechter Freundschaft vñ Christlicher Liebe meinen etc. † Et in s vñ damit solcher Friede etc. ibi: oder in einiger ander gestalt beschweren oder verachten etc. s. Wnd in solchen Frieden/ ibi: auch vñ niemand vergewaltiget/

gſt/beträngt noch beſchwert ſollen werden/ † Minoris veri- 6.
 tatem pro dolor! notoria experientia exhibet, edocetq; quàm
 horrenda, deteſtanda & abominabiles injuriæ ex diſputacioni-
 bus de Religione fideiq; articulis habitis ſubortæ fuerint. † Suc- 7.
 cedit juris civilis Romani autoritas, & quidem Codicis totus
 titulus de ſummâ Trinitate & Fide Catholica, & ut nemo publicè de
 eâ contendere audeat: † De Deo namq; non humano, ſed 8.
 divino ore loquendum eſt, & mala conſuetudo eſt, contra
 Nomen diſputandi, ſive id ex animo, ſive ſecus fiat Cicer.
lib. 1. de Natur. Deorum Weſenbec. *ad d. tit. & Dd. com-*
municer. † II Accedit porro, quam referet Imperiū; ſtatibus at- 9.
 tribuit Bodinus *qui de 4. de Republ. 7.* Diſputationū Theologicarū
ſub capitali penâ facta prohibito. † Verùm enim verò hæcce 10.
 omnia nullius momenti & roboris ſunt; Si ſcoriam ab auro ſe-
 paraturi diſtinguamus *verum* Diſputationum Theologicarum
uſum ab abuſu, atq; *id, quod per ſe, ab eò quod per accidens fit,* omnis
 auferetur ſcrupulus, & res decisa erit. † *Abuſus,* qui, ut piperi 11.
 maſcerda ſepaſſim immiſcet, hoc in genere non exiguus eſt,
 certè non illicò tollet *uſum,* neq; *id, quod contingit* fit, *ipſius rei*
natura adſcribi poterit. † Sic prohibent tantummodò leges ci- 12.
 viles, ne ea, quæ divinitus de ſacris conſtituta ſunt, pieq; cre-
 duntur, in dubium *aſtutus neq; neceſſariis diſputationibus* revoca-
 rētur Weſenbec. *d. l.* † De religione & fide diſputare licet, *mo-* 13.
deratè, modeſtè, ſine contentione, ſine affectibus, in Scholis, in do-
 mo & ubicunq; cum diſcretis, *cauſâ inquirenda veritatis,* vel ut
 quis intelligat, quæ tradita ſunt de fide Catholica, vel ut ſciat
 refutare errores hæreticorum. † Non eſt hoc reprobandum, 14.
 immò commendandum, ut de *Fabiano* (ſecundùm alios *Fabri-*
ano vel Flaviano, Epucopo Conſtantinopolitano) dicitur *l. quoniam*
23. C. de Epifc. & Cleric. & de Beato Sylveſtro legitur. † Item Ari- 15.
 ſtoteles ait: Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Verba ſunt
 Jurisconſultiſſimi Azonis in *Summâ d. tit. de ſummâ Trini-*
nitate. *Contendere* prohibemur de ſummâ Trinitate & Fide 16.
 Catholica, id eſt, contentioſè & ita diſputare, ut per-
 ſidiæ & tumultus occaſio inde naſcatur, populus turbetur,
 Judæ. ſq; & paganis myſteria Chriſtiana profaentur,

- l. 4. et ibi Gothofred. *C. d. e. Facit huc l. 8. §. 1. C. de hæreticis*. ubi non simpliciter reprobatur religionis disputatio, sed ea duntaxat, quæ fortè damnati portentosæ superstitionis autoris Nestorij mentionem faciat &c. † Ita quoq; licet in Imperio nostro de Religionis disputatione ulla lex prohibitiva extaret, (de quo tamen non immeritò tamdiu sèbdubitamus, donec ipsa doceatur & demonstretur:) Ita, inquam, nec aliter ea lex exaudienda esset. † Quod enim Disputationes Theologicæ omninò sint licitæ, concessæ, nec ullâ ex parte Pacificationi Religiosæ contrariæ, eâdemq; prohibitz, hocce evincet argumentum.
19. † Quodcunq; facit ad evidentiorum articulorum fidei intellectum, ad facilitorem veritatis investigationem, nec non errorem hæreticorum refutationem, illud sanè pium, utile, necessarium, nec ullatenus prohibendum.
20. † Atqui de Disputationibus Theologicis prædictis verum prius. E. & posterius.
21. † Uti lapidum collisione ignis, ita veritas ex conflictu literarum elicitur, emicat, & caput exerit suum, ut hinc rectè quis disputationem cribrum veritatis dixerit, quod instar ventilabris falsitatis paleas à purissimo tritico dispellit & acemungat, quo de etiam cupidam LL. juventutem ante aliquot annos publicitus commentariam esse, benè memini. † Quicquid verè sit, prævideo tamen fore aliquem, qui hisce nondum contentus disputationum Theologicarum utum ex eo fundamento è Republicâ nostrâ exterminandum & eradicandum esse affirmabit, quod & Catholicorum & Confessionistarum Religio in Imperio nostro beneficio pacis Religiosæ approbata sit, & proinde neutra contra alteram defendi, neutra impugnari, neutra refutari debeat. † Huic autem respondeo, id quod *de utriusq; Religionis approbatione* dictum, negando, cum in Religionis pacificatione neq; de veritate, neq; de falsitate ullius Religionis quicquam disponatur, multò minus utraq; Religio vera asseratur: quod & impossibile erat) sed tantùm utriusq; religionis cultus externus liberrimus stabilietur, confirmetur, & ne vel Protestantes vel Catholici in eo turbentur, constituatur.

† Quæ ergo Religio vera vel falsa sit, ibi non deciditur, (nec
 decisi ibi poterat,) sed aliis hocce demonstrandum relinquitur. † Id ipsum verò non nisi ad Ecclesiæ ministros & veritatis
 Divinæ defensores spectat, non ex legibus humanis, sed ex ipsi-
 fontibus Israelis deducendum & decidendum. † Fidei præcep-
 ta tradere, explicare, interpretari, contra hæreticos defendere
 non politici imperii, sed Ecclesiastici muneris proprium est, quod
 nec politica potestati in hisce lubest, sed solam Divinam Majesta-
 tem superiorem recognoscit. † Quocirca nulli dubitamus,
 Disputationes Theologicas, quæ de Religionis & fidei articu-
 lorum veritate debito modo instituuntur, neutiquam Paci Re-
 ligiosa adversari, quin potius (addamus hoc ex abundantia) et
 conformes esse, eademq; & Catholica & Augustana Confessi-
 oni additis Theologis illas liberas concedi & permitti, eo ipso,
 dum utriusq; Religionis exercitium publicum, quod Articulorum
 fidei professionem & defensionem certè non excludit, sed includit,
 ibidem reservatur liberum. † II. Quod si etiam utramq;
 Religionem à Cæsare Statibusq; Imperii approbatam præsup-
 poneremus, nec sic tamen omnes omnino Theologorum de fide
 & Religione disputationes absolviè indicæ essent, maximè ex,
 quæ discentium informandorum, agnitæ Veritatis corroborandæ,
 & ad seram posteritatem propagandæ gratiâ in Acade-
 miis haberi consuevère.

QVÆSTIO IV.

Utrum jus Reformandæ Religionis impe-
 rio & territorio simpliciter cohæreat, ita
 ut Magistratui & domino territorii renu-
 entibus & invitsetiam subditis, Religio-
 nis illius, quam ipse amplectitur, cultum
 pro lubitu & salvâ conscientia in-
 troducere liceat?

1. † Gravis hæc est quæstio, à cujus decisione numero in-
2. numerarum animarum salus æterna dependet. † Hac de re
3. differere plenum certè opus alicui, plenum periculum: † Faciemus ta-
men in præsentiarum periculum. & uti spes nos fovet immota,
sine omni periculo, pro ingenii scilicet modulo, ac citra ulli-
us præjudicium, de quo etiam atq; etiam, publicè, & solem-
nissimè protestor. † Et primò quidem omnium cum verborum
4. prior, rerū potior habenda sit ratio, quid per Religionem, quid
vocibus Imperij & territorij, quid per Magistratum & dominum
5. territorij hic intelligatur, indicandū erit. † Religionis voculā ex-
ternum divini Numinis cultum denoto, qui consistit in sacrorū
curā & custodia, in ministrorum verbi institutione, remotione
& inspectione, honestā sustentatione, Scholarum erectione, LL.
Ecclesiasticarum promulgatione, synodorum convocatione,
Ecclesiarum visitatione, rituumq; Ecclesiasticorum ordinatio-
6. ne, & quæ sunt parilis conditionis alia. † Imperij & Terri-
torij vocabula latissimè hic à nobis accipiuntur, & quidem eo
in significatu, quo non modò superioritatem territorialem,
quam nostrates à potestate Cæsaris eminenti segregant, & sub-
lime ac Regionum territorij jus, *territorialem superioritatem Jus,*
principatus, Majoratum, Majoritatem, Majoriam, summam ju-
risdictionem, *die hohe Landes Obrigkeit / die Landes hobelt*
und gerechtigkeit / & ratione principum, *die sonderbare*
Fürstliche hobelt und Botmäßigkeit / die hohe Landes
Fürstliche Obrigkeit / respectu Comitum *die hohe Landes*
Bräffliche Obrigkeit in personis Baronum, *die freyher-*
che hohe Landes Obrigkeit / quoad civitates *die Städtliche od.*
Städtische hohe Obrigkeit vocitant, uti reletum aliquando
7. esse in Camerā Imperiali & quidem in causā *Furckheim* contra
8. *Churpfaltz* Dd. referunt: † Sed & ipsam potestatem Regū Su-
periores tum summam & absolutam, tum restrictam & limita-
tā ambitu suo complectuntur. † Igitur hic per Magistratum &
dominum territorij non quemvis Magistratum, sed talem, cui
potestas.

potestas superior & submissis, usq; illud territorii Regium com-
 petit, Reges scilicet, principes, Civitates superiorem vel planè
 non recognoscentes, vel secundum quid tantum recogno-
 scentes intelligo & indigito. † Deinde præmittendum est, 9.
 dupliciter quæsitum nostrum exaudiri posse: † Vel *absolutè* & 10.
in genere de cujusvis religionis Christianæ exercitio & intro-
 ductione, nullo habito respectu ad certam aliquam Rempubli-
 cam, atq; certi alicujus territorij dominum, vel *respectivè, rela-*
sivè & applicativè ad nostram Rempublicam Romano Germa-
 nicam, ejusdemq; caput & membra immediata, quæ sunt Cæsar
 Electores, Principes, Duces, Marchiones, Landgravij, Comites,
 Barones, liberæ Imperii Civitates (miror, nec satis, qui hic à no-
 bis divortium faciunt) & Nobiles Imperii immediati, Libera
 Canonicorum Collegia immediatè Cæsari & imperio parentia,
 qualia à Gailio Rerum Germanicarum peritissimo Viro lau-
 dantur, collegium Canonicorum Bruxellæ in praverhelm
 Collegium in Wrenvell propè Sarbrücken nec non quidam ex
 commendatoribus Ordinis Teutonici, qui immediatè impo-
 riò subsunt, in quorum numero extare, commendatorem Pro-
 vincialis Altitæ des Teutschen Ordens Land Commen-
 thur der Balley Elsas vñ Burgundt/ Comendatorem con-
 fluentiæ Landcommenthur der Balley Lobelent; restantur 11.
 subscriptiones Recessuum Imperii de anno 1567. & 1559. †
 Quo considerandi modo per Religionem vel Catholicæ Roma-
 na, vel Lutherana vel Calviniana subintelligi poterit, ut sensus
 sit, Utrum Cæsari & statibus Imperii vi potestatis superioris &
 juris territorialis religionis propriæ, vel Lutheranz, vel Catholi-
 co-Romanæ, vel Calvinianæ introductio, alteriusq; reformatio
 in suis territorijs dissentientibus etiã subditis competat? † Quod 12.
 spectat quæstionem priori sensu acceptam, circa illam fortè
 quis distinguendum esse existimaverit I. Inter merè subditos, &
 secundum quid tales? II. Utrum de libero religionis exercitio
 inter principem & subditos certa inita fuerint pacta, necne?
 3. Inter veræ & falsæ religionis cultum: Ad quæstionem hoc mo-
 do

- do responfurus: Nimirum posse quidem à Magistratu superioriori in vitis etiam subditis religionem in Republicâ & territorio suo introduci, si merè sint subditi, si de religionis introducendæ veritate constet, & nisi pacta aliud quid velint: † Secus esse, si sint subditi mixti, qui participant aliquid de sublimi potestate, & si religionis introducendæ falsitas fortè non lateat, sed pateat. † Verùm enim verò ut ut secunda distinctio sua haut destitatur usu & effectu, cum certum sit, Principem & territorii Dominum ad liberum Religionis exercitium subditis permitendum per pacta & specialia promissa magis magisque adstringi, an tamen reliquæ distinctiones huc benè applicentur animi pendeo, tum quod in religionis negotio *calu personarum respectu* cesset, (religionis namque libertas cuique homini competit, nec ullus ad religionem cogendus est, neque hoc in calu *subditi simpliciter quæ sales*, sed ut *Ecclesia membra* simul considerari debent) tum quod sicut nemo malum tanquam malum appetat, sed licet etiam malum appetat, attamen sub specie boni, ita quoque nullus ullam religionem, quam certò noverit esse falsam, affectare, multò minus eandem aliis obtrudere præsumatur.
15. † Nobis itaque aliter quæstio resolvenda esse videtur, ut scilicet distinguatur. I. Inter religionis reformationem & reformationis ab Ecclesiâ probatæ directionem. † II. Inter varios religionem introducendi & reformationis modos. Hi enim vel sunt *cum quadam coalitione & violentiâ* conjuncti, vel minùs, sed consistunt duntaxat in *prædicatione verbi divini, in verbis & rationibus persuasivis*, quibus homo adducitur ad assentiendum & volendum, quod svadetur, ad dissentiendum & nolendum, quod dissvadetur. † Illi iterum vel sunt *absolutè violenti, vel secundum quid violenti*.
18. † Et vel respiciunt *ipsam religionem*, vel *media externa à Deo ordinata*, per quæ homo ad *veram Religionem* duci potest, qualia dicunt, frequentationem templi, auditum verbi divini publicè prædicati. † Interna verò sunt, attentata consideratio verbi divini publicè prædicati, rectum de eo iudicium, à sensu eidem adhibitus & voluntas Religionem veram amplectendi. Timplerius *lib. 4. politic. cap. 2. p. 276.* † Hæc ut ad præsentem quæstionem appli-

appli-

- sed utrumq; esse manus totius Ecclesie proprium; ideoq; singulis Ecclesie Ordinibus suas partes, suaq; officia in hoc *vocationis*
30. *Remotionu* Ministrorum negotio relinquenda esse. † Nimirum ad Ecclesiasticum ordinem sive presbyterium, de personâ idoneâ consultationem, examen, ordinationem & inaugurationem: † Ad Ordinem politicum, confirmationem:
31. † Ad statum popularem, consensum, suffragium, approbationem spectare. † Quod probant primò ex traditione claviu regni cœlorum toti Ecclesie à Christo factâ, *Matthæi. 16. v. 19. & c. 18. v. 17. & 18. ibi*: † Si te non audierit, dic Ecclesie: Si *ecclesiam* non
32. audierit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus. † Amen dico vobis, quæcunq; ligaveritis super terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta in cœlo. † Ubi per Ecclesiam certè non *Prælatu*, uti nugatur *Bellarminus*, intelligitur; Vna enim persona Ecclesia dici nequit, cum Ecclesia sit populus & regnum Dei, prout ipse alicubi scribit *Bellarminus*.
33. † Deinde ex Ministrorum appellatione, cum ij non Magistratus sive ordinis Politici, neq; etiam status Ecclesiastici vel popularis, sed totius Ecclesie ministri sint & dicantur. Facit huc *cap. 1. ad Corinth. 3. v. 21. & 22. ibi*: Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Cephas, omnia vestra sunt. † Porro ex utilitate Auditorum, eorumq; in discernendis Doctoribus à seductoribus, probandâq; sanâ doctrinâ officio *Matth. 7. v. 15. † Cavete à Pseudoprophetis † Job. 5. v. 39. Scrutamini Scripturas. † 1. Job. 4. v. 1. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex Deo sint. 2. Job. v. 10. Si quis venit ad vos, nec assert hanc doctrinam, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis. † Præterea ex praxi Apostolicâ, Presbyterorum vocatione, praxi Ecclesie primitivæ, id est, Conciliorum decretis, Patrum dictis, & probatis legitimæ vocationis exemplis. Confer omninò B. Gerhard *tom. de Ministerio Ecclesiastico sect. 4. §. 85. & multiu seqq. p. 129. & seqq. & sect. 16. p. 28. † IV. Vnde firmiter concluditur, multò minus ipsam religionis in Ecclesia olim introduclæ reformationem, soli concessam esse Principi vel Magistratui, cum hac ratione non modò invita Ecclesia ministri obrudantur, veteres removeantur, novi vocentur, sed & omnis religionis cultus in Ecclesia hæc-**
- nus

mus receptus innovetur, perturbetur, & non sine horrendâ conscientiarum carnificinâ alius & hoc respectu novus Divini Numinis cultus substituat. † V. Suffragantur nobis Exempla Regum, Davidis, Salomonis, Hiskiae, aliorumq; quæ inducunt & illustrant Theologi. † VI. Certum est, quod cum Religio felicitatem politicam consummet, nec quicquam sit, quod tantopere animos hominum afficiat, sicut religio, non possit non ejus mutatio neglecto caterptum Ecclesie Ordinum dissensu à solo Principe facta, maxima Reipublicæ afferre incommoda, excitatione tumultus, bella, in quibus secundum Ovidium:

Inter utrumq; volat dubio victoria pennis.

† VII. Novimus & in confesso est, Religionis unitatem in hac vita propter tantam animorum alienationem discordiam & caliginem, quæ in diversas homunciones rapit partes, potius optandam, quam sperandam esse. † Oportet enim esse hæreses inter vos, dicit Apostolus. † Nascuntur, inquit Evangelista, in Ecclesiæ agro Zizania in medio tritici. † Quod Theodatus probè secum ponderavit, quando in hæc erumpit verba: † Cum divinitas patiatur multas religiones esse, nos unam non audeamus imponere. † VIII. Negari non potest, non nisi veræ Religionis curam & conservationem Magistratui esse commissam & concreditam. † Jam verò in hac reformationis negotio utraq; pars, hoc est, & Princeps cum suis, & subditorum natio religionem suam veram, divinæ menti; convenientem proclamant, atq; ita princeps in hoc dissensionis actu instar partis ad reliqua Ecclesie membra considerandus venit: Mirum igitur auditu esset, si ille solus se judicem constitueret, solus judicaret, solus sententiam ferret, solus alteram adversam partem condemnaret adq; fidem suam, cui forsitan ipse nec crastinâ luce steterit, aut si steterit, nihilo melius steterit, cogeret. † IX. Nemini jus suum quæsitum auferendum: Nemo de possessione suâ dejectendus: Beati possidentes, vulgata sunt bræardica. † Utrum ergò subditi in quieto suæ Religionis exercitio inquietandi, alii judicent. † Quicquid verò sit, non pauca tamen sunt, quæ in contrarium moveri possunt: Tria hac vice resolvemus dubia. † Primum est, Ictorum ferè omnium axioma: *Cujus est Regio, illius.*

56. *Ius etiam est Religio, & cuius religio, illius etiam est Regis.* † Alteram erit Jus illud Episcopale, quod Magistratui superiori competit. Quò ipse erat Constantini Imperatoris non minùs verum, quàm appositum effatum, quo, Eusebio teste, Episcopos suos in convivio quodam alloquebatur. † Vos Episcopi estis *in Ecclesia seu templo*: Ego vero Episcopus *extra Ecclesiam seu templum* à Deo sum constitutus † Quo ipso Jus Episcopale sibi vendicavit. Tertium scrupulum, movet, quod à nostratibus asseratur, Principi incumbere religionis curam. † Sed respondemus ad primum, 60. *sola negatione*, utpote quod *sola affirmatione* stabilitur. † Ad secundum, concedendo equidem Jus quoddam Episcopale ad Principes pertinere, verùm non *indistinctè & simpliciter*, sed *sub certo modo*, ita ut circa ejusdem exercitium *Ecclesia consensus* non removeatur, & excludatur, sed necessariò adhibendus præsupponatur, & requiratur. † Eadem tertiè dubitandi rationis ratio, nec *curæ religionis cum ipsa vocatione ministrorum, religionisq; reformatione* commiscenda & confundenda est † At dixerit, nec Principem & Magistratum suis carere verbi Divini ministris, atq; ideo Iustificem, si modo eorum ad reformationis negotium adeptus fuerit consensus; † Non equidem diffiteor, dubium hocce quandam præ se ferre speciem, maxime si ij ministri, qui ejus loci Ecclesie jam præfuerit, principi adhzreat, ejuq; religionè approbent: † Attamè adhuc quis dubitare potest, utrù hoc in casu tertij Ecclesie ordinis s. status dissensus sit prorsus possibendus, eidemq; invito ac nolenti, talis Religionis cultus, què ipsi nauseant, obrudendus? † Aliis hoc decidendum relinquo. † Si verd forè Princeps extraneus secum haberet verbi divini ministros, qui Ecclesie reformandæ membra non sint. à parte populi autem ordinarium istius loci Ministerium constanter peristeret, res scrupulo carere videtur. † Atq; sic consideravimus *questionem à solutè & priori in sensu acceptam.* † Quod si verd *applicati vi & relativi ad nostram Rem; publicam* exaudiat res videtur magis anceps & dubiosa, propter textû expressum Pacis Religiosæ, ubi religionis reformatio & introductio statib; Imperij libera conceditur, in verbis: *So si: ausgerichtet oder nochma; aufrichten werden* &c. † Distinguit Cl Reinking *in de Regimine Seculari & Eccles. 3. c. 1. c. 6.* inter ipsam reformationem, & curam ac directionem externam reformationis: † Hanc quidem Imperij Principibus in suis territoris exercendam concedit, illam verd toti Ecclesie reletvat. Abrumpete cogor.

QUESTIO V.

An crimen læsæ Majestatis in Imperatorem committatur, dum Lutherani Theologi Papam Antichristum prædicant?

1. † Non modo seculare, sed & ICI Dillingenses id affirmare haut erubescunt. Miramur certe, nec factis hominum illorum audaciam. † sed voluissent pugnare, non gladius. Quod edoceret discussus, juxta cum is, quæ questione prima semisdecadis sublequeatis ultime dicemus. Tantum! Terminalia sunt.
- 2.
- 3.

Gratiâ Favente Divinâ !
 ELECTORUM JURISPUBLICI RO-
 MANO • GERMANICI
 SEMIDECAS DUODECIMA
 ET ULTIMA.
 QUÆSTIO. I.

Respondē-
 teChristia-
 no Nicolai
 Dresdenſi.

An crimen læsæ Majestatis & in Cæsaream
 Majestatem & in Pontificem Romanum
 committant noſtrates Theologi,
 hunc Antichristum dicen-
 tes?

† Ita quidem ſomniant Jeſuitæ & Dillingenſes, prout uno
 tantum vel altero verbo proximè indicavimus. † Incuſant
 nos Lutheranos tanquam criminis illius reos jam conſeſſos
 & convictos; † Sed videant, ne ipſi potius horrendo & a-
 troci huic delicto hac ipſâ accusatione ſe implicent. † Hocce
 enim negotium non modò Theologos, ſed omnes ſimul Augu-
 ſtanæ Confeſſioni addiſtos Imperij ſtatu, Ele&ores, Principes,
 Comites, Civitates Imperiales & Nobiles Imperij immediatos
 reſpicit atq; concernit, maximè ſi ut verum præſupponatur,
 quod ſcribunt Dillingenſes, ſecundùm doctrinam Lutheri ne-
 minem poſſe eſſe verum Chriſtianum, qui non Papam pro An-
 tichriſto agnoſcat? † Quid verò, queſo, unquam contra ſta-
 tus Imperij Evangelicos nocivum, contumelioſum & exitio-
 ſum magis homunciones illi moliri queant, quàm eopſem Cæ-
 ſareæ Majestati & Imperio ſub juramenti fide obſtriſtos crimi-
 nis Majestatis reos efficere! † Abſit itaq; à nobis quàm lon-
 giſſimè, ut noſtrum illis adjiciamus calculum, ſervaturi potius
 qui ſumus honorem veritati, ejuſq; Defenſoribus conſtantiſ-
 ſimis. † Quod ut fiat feliciter, diſtin&tim & certo progrediemur ordine. † Primum præmittemus certa theoremata

A a

& Evi.

7. & Evidentialia, principiorum vicem subeuntia. † Postmodum ex iis resultantia nostræ negativæ opinionis fundamenta colligemus & referemus, tandem ad contraria responsuri brevissimè. † Theoremata sive Evidentialia sunt hæc: I. Crimen lætæ Majestatis non nisi in eum committi, penes quem est Majestas, & non nisi ab iis, qui tanquam inferiores eandem recognoscant, eidem se subjiciant, hoc est à subditis in Magistratum suum superiorem, quo de jam diximus in *semid. octavâ quest. 1. n. 43. & seqq. p. 124.* Facit huc textus expressus in *s. pastoralis 2. §. denig. 3. iuncto §. rursus de sentent. & rejud. in Clement. ubi gl. & Canon. s. communiter.* † II. Majestatem & hic à nobis accipi, pro summâ legibusq; absolutâ potestate, cujus naturam superius satis explicavimus. † Vbi ergò non est talis potestas, sive Majestas, ibi nec lædi potest, cum non entis nullæ sint qualitates, nullæ affectiones, nulla accidentia. † III. Crimen Majestatis esse duplex, alterum *perduellionis*, alterum *generis* nomè retinere, & simplex *læsa Majestatis* crimen dici *l. ult. D. ad L. Jul. Majest. † In genere* Crimen Majestatis quamcunq; machinationem, quâ Majestas læditur, denotat. † *Inspecio* verò dictum lætæ Majestatis crimen committitur, quando vel odio Principis privato contra ipsius principis personam insurgit, vel usurpat & arrogat sibi ea, quæ non nisi ad Principem pertinent id est, Majestatis jura sunt, qualia sunt moneram eudere, *l. 2. D. de fals. monetâ,* privatos carceres habere *l. un. C. de carcere. privat. Milites* in jussu Imperatoris conferbere & quæ sunt hujus generis alia. † Crimen perduellionis est machinatio, quæ majestatem ex odio imperii oppugnat, & ad totius status everisionem aut immutationem dirigitur. † Hoc committitur seditionis concitatione in turbationem & exitium Reipubl. sicut *l. 1. in fin. D. ad Jul. Maj. Regni vel Imperii aff. catione l. 3. circa fin. D. eod.* Rebellionem, quando scilicet quis à principe suo deiscit in hostium numerum se conferendo *l. 5. §. 1. D. de cap. min. Ipsi Principis vel Reip. proditione l. 19. §. 4. D. de capt. & post. revers.* Conjuracione, & cum hostibus in ita confederacione &c. † IV. *Injuriam & crimen Majestatis non esse u-*

num & idem, sed delicta prorsus diversa, ideoq; non confundenda. † *Injuria* namq; committitur etiam à privato in privato, à pari in parem, & tum à subdito tum non subdito, tum in Magistratum superiorem, tum in Magistratum inferiorem. † Diversam verò rationem esse *crimini laesa Majestatis* jam percepimus. † Potest igitur alicui illata esse injuria, quæ tamen crimen Majestatis non involvit. † V. *Injuriam* non perpetrari, ubi non sit injuriandi, sed potius docendi aut corrigendi animus, qualis præsumitur in parente, præceptore, Magistro &c. etiamsi quid, quod per se injuriosum, dictum vel factum fuerit, l. 3. §. 1. & 3. l. 4. l. 13. §. que jure potestatis l. 15. §. 23. l. 33. D. de Injur. l. 16. §. 4. D. de pan. l. 5. §. si Magister D. ad L. Aquil. l. 13. §. item Julianus D. locat. Gail. lib. 2. Obj. 106. n. 6. Bartol. in l. ut vim 3. n. 4. D. de Just. & Jur. † VI. Penes Papam non esse Majestatem, neq; eundem tanquam superiorem vel in Ecclesiasticis, vel in civilibus & Politicis negotiis ab Imperii statibus Evangelicis agnosci, quod ut notorium probatione indigere non existimo. † Vtrum verò quoad S. Petri patrimonium Eidem Majestas competat, alia est quæstio. † Affirmat Dn. D. Benedictus Carpovius amicus noster singularis in *Vindictis suis Juridico Politicis Theologorum Lutheranorum singulari eruditione referit* lib. 20. ubi cum Goldasto scribit, eandem esse Papæ Romani quoad civilem cultum conditionem, quam Cæsaris Germanorum, Catholicis Hispanorum, Christianissimi Gallorum, Tzari Moscorum, Chani Tartarorum, Sultani Turcarum, Sophi Persarum, Præstegiani Æthiopum, Similiumq; terrenorum Monarcharum, quibus honor civilis debetur, & proinde crimen Majestatis adversus Papam à subditis suis committi posse. † Quam tamen controversiam utpote nec huc spectantem in præsentiarum haur faciemus nostram. † Id tantum non possumus non monere & annexere, si non, quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, inspiciendum esset, urbis Romæ Imperium, & quæ independent jura, jure haur ad Papam, sed ea omnia etiam ad Germaniam pertinere, utpote quæ in Ortone Magno per Cælaream titulum accepit imperium aliquod sum-

- num & perpetuum in urbem Romanam, Papam ac Patrimonium Ecclesie Romanæ. † Consule Da. D. Hermannum Conringium *lib. uno, de Germanorum Imperio Romano, cap. 10.*
29. *Et cap. 13. pag. 64. ac seqq. Et pag. 111. cum seqq.* † VII. Denique omnia ea, quæ ad declarationem Augustanæ Confessionis fidei & doctrinæ Lutheranorum faciunt, religionis pacificatione permitti, eorundemq; professionem sub libero religionis arbitrio contineri, & sic quoq; dogma illud de Papâ Antichristo eidem minimè refragari, cum id sine dubio ad fidem & doctrinam Lutheranorum spectet, uti hoc fuscè deducunt nonfratres Theologi, & cum primis Saxonici in *vindictis pupillæ Evangelicæ cap. 95. 96. 97. 98. Et 99.* Ubi ponderosissimum momentis evincunt, dogma illud de Antichristo & sacris literis & ipsi Confessioni Augustanæ omnimodò convenire & correspondere, nec non Pontificem Romanum & ante religionis pacificationem, & post eandem nunquam non Antichristum dictum ac publicè proclamatum fuisse. † Ex hisce pro Theologis nostris Lutheranis innocentissimis contra calumniantium Jesuitarum, & qui eorum Patronos agunt, Dillingensium morsus defendendis sequentia sponte suâ profluunt argumenta.
31. † I. Penes quem non est Majestas, in illum nec crimen læsæ Majestatis committitur.
Sed de Pontifice verum antecedens.
E. & consequens.
32. † II. Quicumq; non sunt subditi Pontificis, ab iis nec crimen Majestatis in illum committi poterit.
Atqui Theologi Lutherani neq; quæ thales, neq; quæ cives Imperij Romano-Germanici sunt subditi Pontificis.
E.
33. † III. Per quodcumq; Cæsaris statuumq; Imperij Majestas neq; ex odio Cæsaris privato, neq; ex odio ipsius Imperij oppugnatur & læditur, per illud etiam crimen Majestatis committi nequit.
Atqui per dogma Theologorum Lutheranorum de Antichristo neutro modo Imperatoris Imperisque Majestas læditur E.

SEMIDECAS DVODECIMA ET VLTIMA. 189

† IV. Quodcumq; Paci religioſæ eſt conforme, in eadem permiſſum. & ſi non explicite, attamen implicite & per bonam conſequentiam comprehenſum, illud certe crimen *Majeſtatis* haut involvit & importat.

Atqui de prædicto dogmate verum ptius.

Ergo & poſterius.

† V. In quo nullus eſt dolus, nulla contra Imperatorem Imperiique ſtatus aliquid molendi & machinandi proreſis & voluntas, is criminis *Majeſtatis* reus dici nequit.

Sed à Theologis Lutheranis abeſt omnis dolus, omnis proreſis E.

† Minor probatur hoc præſyllogiſmo; 36.

† Quorumcumque mens & propoſitum eſt, (1.) Caſarem Imperiique ſtatus, immò omnes & ſingulos Chriſtianos pro eâ, quam officii ratio exigit, dexteritate & ſecundùm verbi divini præſcriptum à doctrinæ falſitate dehortandi, & ut eum, quem Deus in verbo ſuo ſeductorem animarum nobis revelavit, ſedulò fugiant, (2.) ſacram ſcripturam dextrè explicandi, (3.) Divinæ & humanæ *Majeſtatis* honorem debitum ſantum tectum conſervandi, in illos nec ulla doli ſuſpicio cadere poteſt.

Sed Lutheranis Theologi hanc habent intentionem. E.

† Quod ratiocinationis genus à delicto injuriæ etiam Theologi noſtros eximit, nec ut ejuſdem verè inculari queant, admittit. † Videamus nunc pauciſſimis contraria & ex his tantùm modò potiora. Dilligentes multa quidem obganniant, pauca verò ſunt, quæ aliquid ponderis habere videntur. † Primo illi crimen læſæ *majeſtatis* & rebellionis cum injuriæ delicto privato peſſimè confundunt, quæ tamen erant diſtingvenda. † Secundo multa præſupponunt tanquam certa & notoria, quæ tamen incerta, falſa, & probationis luce meridiana clarioris indigunt. † v.g. Hoc dogmate de Papà Anti-Chriſtò adverſus ipſam Imperialem dignitatem populum univerſum armari & concitari, dùm Theologi ab obedientiâ & æſtimatione Romani Imperatoris ſubditos averſant. † Imperatorem

- fic effici Antichristi defensores & protectores, totiusque Imperii statum interturbari & conveli, qui sine obligatione ad se-
44. dem Papalem consistere non possit; † Si hæc figmenta non
45. sunt, nescio sanè, quid tandem illa? † Certe omnia nil nisi
46. nugæ & gerræ geræ sunt. Actum agere nolo. † Jamdudum hæc profugavit Veneranda Theologorum Saxoniorum natio in *supra allegatis Vindicis*, ad quos lectorem remissum volo.

Quæst. II.

Quid sit pax profana, quibus modis violetur, & quæ sit violatorum pæna?

1. † Hactenus de pace Religiosâ. Nunc de pace profanâ. † Jucunda profectò Auræ & dudum desideratæ pacis materies. Et enim

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

— pax optima rerum

Quas homini novisse datum est; pax una triumphis

In numeris potior: pax custodire salutem

Et cives æquare potens.

2. † Pacem igitur conservari Reipublicæ interesse, quis est, quem lateat? *l. congruis 13. D. de offic. presid. l. 1. §. 12. D. de offic. pref. urb.* † Atque hinc non pauca de pace publicâ ab omnibus Imperii membris observandâ & sanctè colendâ pricorum Principum extant constitutiones variis pænis armatæ, uti videre est ex *tit. C. de feditios. tit. de pace tenend. & ejus violat. de pac. constant. tit. D. & C. Ad L. Jul. Majest.* † Horum veltigis laudabiliter insistentes Imperatores Romano-Germanici Maximilianus Primus Anno 1495. VVormatiæ & Anno 1500. Augustæ, Carolus Quintus, Anno 1521. VVormat. Anno 1521. Norimbergæ, Anno 1548. & Anno 1551. Augustæ Ferdinandus Primus, Anno 1555. Augustæ, Anno 1557. Ratisbonæ, & Anno 1559. Augustæ Maximilianus Secundus, Anno 1566. Augustæ, Anno 1570. Spitzæ, Anno 1576. Ratisbonæ, nec non Rudolphus, Anno 1594.

Ratis-

SEMIDECAS DUODECIMA ET VLTIMA. 19

Ratisbonæ, saluberrimis constitutionibus publicam securitatem sanctam rectam conservare allaboravere, maximè cum effrenatam subditorum malitiam indies adeò crescentem deprehenderent, ut illi, qui adversus alios nullas se causas habere putabant, inimicitias denunciare, litesque armis finire tentarent, da das Faust vnd Kolben Recht im Schwang gien/ Vid. Dn. D. Carpz. de L. Regià cap. 3. sect. 4. pag. 162. & prax. Criminal. quest. 35. n. 3. & 4. p. 27. † Pax dicitur profana det Prophan Fried ad differentiam pacis publicæ Religioſæ. † Vox Profana non in malam hinc accipitur partem, sicuti apud Poetam, sed nescio quem, ita canentem: † Fraternas acies, alternaque bella profanis Decertata odiis. † Vnde & profanare Latini idem est, quod violare: Sic in divinis libris profanare Sabbathi Psalm. 89. v. 35. diem Sabbathi Nehem. 13. v. 17. profanare semen suam Sir. 47. v. 38. † Et Ovidius de morte Tibulli: Scilicet omne sacrum mors importuna profanat. † Sed vocabulum illud, profana, hoc in loco est, ac non Religiosa, civilis, politica. † Pax hæc profana definiri potest, quod sic Lex imperii de securitate & publicâ & privatâ stricim custodiendâ nec ullo modo violandâ, Cæsaris Ordinumque Imperii consensu conditura. † Videatur Ordinatio Vorma: Anno 1521. in princip. † Saluberrimæ hujus legis transgressio duplici modo contingit, vel omittendo, vel committendo, Reichs Abschied zu Regensburg de Anno 1594. § Also ist auch in zweiffel für gefallē/da einer omittendo oder omittendo &c. † Committendo violatur pacis illius profanæ constitutio variè: I. Diffidationibus sive clarigationibus (quæ sic appellationis ratio, exponunt Lexicographi) Absagung oder FeindBrieff/ Recess. Imper. de Anno 1495. & de Anno 1521. de Anno 1548. Robr. von Aufhebung aller Wehde. N. G. art. 128. & 129. II. Violentiâ in invasione, occupatione, direptione, spoliatione, & damno inædito aut aliis illicitis rebus alii dato Recess. Imperii de Anno 1521. pr. & de Anno 1555. § Geſzen dēnach, & c. III. Subdi-

alte

5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

selbe sollē mit der That von Rath/in die Pfden des Frel-
 buchs / sonderlich der Käyserlichen Waseff. vnser vnd des
 Reichs Rcht / sambt andern Pfden gefallen seyn / 26.
 † Quod denique pœnam spectat criminis fractæ pacis publi- 27.
 cæ, illa est Bannum Imperiale. † Bannus seu bannum licet 26.
 variè accipiatur, tum pro jussu & edicto publico, (hinc bannire
 est edicto aliquid jubere vel vetare, tum pro tali edicto regis, quo
 provinciales & subditi ad exercitum ire jubentur, quod edictum
 ipsum heribannum dicitur ab hair, quod exercitum & ban/
 quod jussum significat: Sibrandus Siccamia in *Lege Frisonum*
tit. 17. quem citat Matthias Martinus in *Lexico suo Philologico in*
vocce bannus; † Hic tamen pœnam significat, & definiti potest 27.
 Bannum in genere sumtum, quod sit pœna, quâ quis vel ob deli-
 ctum vel ob contumaciam in non comparendo commissam
 ex territorio Magistratus proscribitur & excommunicatur.
 † Bannum rectè derivatur à vocabulo Germanico Bann' quod 28.
 fines vel terminos alicujus civitatis denotat Gail. *lib. 2. de pac.*
publ. c. 1. n. 12. † Bannum nobis die Rcht dicitur, & banni- 29.
 ri audiunt die Echter / quam voculam à verbo *ech* id est, hostis
 derivare amant. Gail. *d. l. n. 21.* † Dispersi poterit bannū in *Imperi-* 30.
ale & Saxonum: † Hoc ad exemplum illius jure Saxonico, mori- 31.
 busq; Saxonum introductum, & ad inferiores etiam judices pro-
 ductum est, duplicisq; generis esse perhibetur, *superius & inferius,*
Ober- vnd Unteracht / Confer Dn. Matth. Coler. *part. 1. de*
cis. 108. n. 25. & seqq. † Bannum Imperiale vel est universale & 32.
 generale, vel speciale. † Illud appellatur des heiligen Roms 33.
 schen Reichs Rcht vnd Bann / & ad Cæsaream Majestatem, ac
 Cameram Imperialem: † Hoc autem etiam ad Imperii Ordines 34.
 pertinet. † Illius effectus propter universalem Cæsaris & 35.
 Cameræ Imperialis jurisdictionem, universalis est, ita ut vel
 ab Imperatore vel à Camerâ Imperiali bannitus ut totius, imper-
 ii hostis, à nemi ne recipi debeat; sed à quovis impunè offendi
 queat, *Ordin. Camer. d. part. 2. tit. 9. § so semando ibi: † Go* 36.

- bald auch der oder dieselbe Thäter vnd Friedbrecher also durch die Käyserl. Mayest./ vns als Römischen König / oder des Käyserl. Cammergerichts/ mit vorgehender citation oder fürhelschung / in die angeregte Acht gefallen sind declariret vnd erkläret. sollen der oder derselben Leib vnd lebē gleich aller männiglich erlaubt seyn/ vñ niemands der: n. freveln oder verhandeln können oder mögen/ darzu alle Verschreibung Pflicht vnd Bändnūß ihm zustehend vnd darauß sie Forderung oder Zuspruch haben nichten/ gegen denjenigen/ die ihnen verhafte wehren / ab vnd tod/ auch die Lehen / so viel der vberfahrer gebraucht den Lehenherren vberfallen seyn/ vnd dieselbe Lehen oder deren Theil / so lang der Friedbrecher lebt/ ihm oder andern Lehen Erben mit leyhen/ noch den seinen Theil oder
37. Abnutzung folgen lassen. † Doch soll der Lehenherr die Abnutzung der selben Lehengüter. so viel der vber notdürfftig Fürsichung vnd Bestellung Jährlich überbleiben würden/ dem Kläger oder beschädigten auffmässigung des Cammergerichts zugeben vnd zu antwortē schuldig seyn/ so lang der Friedbrecher lebt oder biß jetzt gemelter Friedbrecher mit den beschädigten sich vereiniget / vñ vnd vertragen hätt/ vnd der Sach erlediget ist: † Aber dem beschädigten. sambt seinen verwandten vnd Helffern soll in mittler Zeit/ auch vor vnd ehe die declaration folgt / gegen denselben Thätern vnd Friedbrechern / auch den ihren vnd deren mithelffern vnd enthaltern sein Segenwehr vñ vnd Verfolgung zu thun/ zu freischer That / oder wann er sein
39. Freund vnd Helfer haben mag: † Solchs auch allenthalben an Churfürsten/ Fürsten vnd Stände des Reichs des wissens zu haben/ auß zu schreiben / vnd zu verkänden/ vnbe-

vnbenommen / nicht verbotten / sondern gänzlich vorbehalten seyn. † Est hæc pœna ferè deportationi similis, & hinc deportatis æquiparantur Banniti, quia Bannitis siue proseripcis aqua & igni interdicitur: † Aqua & igni verò alicui interdiceret, nihil aliud est, quàm aliquem bannire. *Einen in die Ncht oder Bann thun/einen Wasser vnd Weid verbieten/ oder von Gemeinschafft vnd brauch Wassers vnd Fewers bannen/ Gail. dict. c. 1. n. 16.* † In hanc verò pœnam incidunt fractores pacis publicæ, non tamen omnes, sed seculares tantùm & laici, minimè autem personæ Ecclesiasticæ, sicut nec feminæ, sed utrasque aliæ tenent pœnæ, & maximè omnium regalium, feudorum, bonorum, beneficiorum ac privilegiorum ademptio & privatio. † Præter Bannum Imperiale aliæ etiam fractorū pacis pœnæ extant, pura, gladii, pœnæ pecuniaria, & aliæ de quibus consulatur *Gail. lib. 2. de Pac. Publ. cap. 9. Myul. cent. 2. Obs. 30.*

QUÆSTIO III.

Quid sit privilegium de non Evocando & de non appellando, & utrum hoc ab illo differat?

† Inter principia Nobilissimæ Jurispublici scientiæ collocavim⁹ quoq; privilegia statim⁹ Imperii indulta, quæ nihil aliud sunt, quàm jura singularia, quibus præter communis juris regulam privilegiati (vel privilegiarii ob aliquam utilitatis rationem: singularim gaudent & utuntur. † Privilegia velsunt Personalia vel Realia. † Illa in ipsâ persona privilegiatâ quasi radicantur, & cû eadem extingvuntur. † Hæc verò ad hæredes etiâ transitoria sunt. † Campus hic esset dicendi amplissimus: sed & temporis injuriâ & pagellarum numero excludimur. † Igitur id temporis ex omni Privilegiorum syllabo duo tantùm excerptamus, & quidem ea, quæ Serenissimorum Saxoniz Ducum,

& Electorum & Principum, Dominorum eorum Clementissimorum, spectant Justitiæ tribunalia & judicia; Horum alterum est, *Privilegium fælis: et de Non Evocando*, alterum *Privilegium de non Appellando*. † Vbi primò omnium hæc sese offert

7. quæstio, *quid utrumq; sit, & qui alterum ab altero differat*. † Ad prius quæstionis membrum respondemus, *l. de non Evocando* esse privilegium, cujus vi & efficaciam lœditi Serenissimorum Principum de Electorali & Principali domo Saxoniam ab evocatione omnium ad extranea judicia immunes efficiuntur ac prorsus eximuntur, adeò, ut illi extra territorium Principum suorum citati neutiquam comparere teneantur, nisi ipsi spontè se listere velint, quod certè arbitrium iisdem non est denegandum, nec denegatum, sed potius concessum videmus in privilegio Sigismundino: *ibi: Sie thunes den von sÿren guten willen ic. & ia Caroli V. confirmatione: Sedoch mit den bescheide; Es thetens dandie Dnterthanen mit guten willen/* † II *De non Appellando* esse privilegium, quo à prælatorum Saxoniam Electorum & Ducum sententiis & Decretis, ac processibus omnes appellare prohibentur. † III. Utrumq; privilegium nõ à Sigismundo Imperatore, sed à Carolo IV. Aureæ Bullæ Autore suam trahere originem, qui R^otolfo I. sive seniori Saxoni familiæ Anhaltinæ primus id induisit *A. B. tit. 11. in fin.* Atq; proinde falsum esse, quod privilegia illa anno 1423. demum data fuerint & quidem Kesamreijimò anno 1356. & Norinbergæ. † Postmodum accedit triplex aliud de non appellando privilegii fundamentum: (1) *Prescriptio temporis immemoralis* (2) *conventio cum stantibus provincialibus & subditis ab Electoribus & Ducibus Saxoniam inita, & (3) privilegium Ferdinandinum confirmatorium*, quod typis simul exprimi & huic opusculo adjungi curabimus. † Ad posterius quæstionis membrum dicimus, alterum privilegium ab altero omninò esse distinctum, ut constat ea Zinzerling. *disp. de Appellat. concl. 7.* & Dn. Limozus. *l. 3. de Jur. publ. c. 8. n. 67. & c. 10. n. 37.* † Pro nobis facit *l. ipsa Aurea Bulla*, in qua tanquam diversa & distincta jura ac privilegia

vilegia proponi rectè observavit Dn. D. Arumæus *disc. 5. ad Eandem th. 11. § 13.* † Cui responderi. prædictum privilegium 14.
 Ferdinandinum, ubi non minus unum privilegium ab altero
 fecerintur & discriminatur. † Sed quomodo tandem privi- 15.
 legia illa differant, scire discupis? † Respondeat pro me 16.
 Buxdorffius *ad A. B. concl. 94. lit. b. § C.* quem sequitur novis-
 simè Dn. D. Carpozovius, Jus non evocandi primam potissimum
 concernere instantiam, ipsamq; Cameram (inmò & Impera-
 torem) ac forenses eodem ab evocatione subditorum Saxoni-
 corum ad extraneum tribunal arceri: Sed privilegium de non
 appellando ad alteram pertinere Instantiam, eodemq; omnes
 partes litigantes in Electorum & Ducum Saxoniz sententiis
 acquiescere juberi. † At dixeris, privilegium de non appel- 17.
 lando præsupponere privilegium de non Evocando & hoc sub
 illo contineri, ac comprehendi, atq; idè malè à se invicem di-
 stingui? † Respondeo prius quidem concedendo, sed posteri- 18.
 rius, quod ex priori inferitur, hoc est, consequentiam negando,
 Subsisto.

QUÆSTIO IV.

An utrumq; privilegium & de non Evo-
 cando, & de non appellando solis Saxoniz
 Electoribus datum, an verò simul Duci-
 bus Saxoniz?

† Posterius assero. Univerſæ enim & toti Illuſtriſſimæ do- 1.
 mui Saxoniz utrumq; privilegium indultum eſſe, evincunt 2.
 ipſa privilegii Ferdinandini verba, quæ ita habent: † *Solches*
alles hetten auch gemeine Stände vnd Unterthanen der
Chur- vnd Fürſten zu Sachſen betrogen / vnd bey Ihr
Liebt als den Lande Fürſten vor vielen Jahren angeſucht /
derhalben eine außdrückliche Verſchung zu thun. J. 1711. m. 3.

- Das haben wir angesehen/gedachten vnsern Rheimb vnd
 Churfürstlichen Herzogen Augustum / vnd seiner liebd Vot-
 tern die Herzogen zu Sachsen/Gebrüdern / vnd ihrer al-
 ler ehrlichen Mannlichen Leibs Erben vnd also dem gantzen
 Stamm vnd Haus zu Sachsen / solche ihre Berechtigkei-
 4. bewilliget etc. † Et paulo post: Das solche der Chur. vnd
 Fürsten zu Sachsen / hergebrachte Berechtigkei kräftig
 vnd beständig sey/ vnd die Chur. vnd Fürsten zu Sachsen
 ihre Erben vnd Nachkommen/ Et mox: so solches des Hau-
 ses zu Sachsen Freyheit/ etc. Wieders des Hauses zu
 5. Sachsen Berechtigkei etc. † Ad stipulatur etiam nobis ipsius
 6. Aurez Bullz textus in all-gato cap. II. ibi: † Vnd diese
 Verordnung wollen wir aus Macht vnsero Käyserlichen
 Befehls / auff den Durchläuchtigsten Pfalzgraffen bey
 Rhein / den Herzogen zu Sachsen / vnd Marggraffen
 von Brandenburg / Rätlichen Churfürsten vnd Lehen/
 ihre Erben / Nachkommen vnd Vnterthanen erstreckt ha-
 ben/ in aller mas vnd bedingung / wie zuvor begrieffen.
 7. † Vnde mirari subit, quondam appellationibus, quæ interpo-
 nebantur contra decreta Ducum Saxoniz, Cameram Im-
 perialem non raro detulisse.

QVÆSTIO V.

Quæ privilegii de Non appellando causa
 impulsiva, & adversus quæ iudicia
 illud datum acceptum
 vè fuerit?


1. † Duo iterum in hac quaestione proponuntur membra. Pri-
 mum

mum jam enucleatum deprehendimus in ipso privilegio Ferdinandi, quod sex recenset causas privilegii Electoribus & Ducibus Saxonie indulti. † Quicquid verò sit, nihilominus tamen, an juris Saxonici in eius Imperii iudiciis verisimili ignorantia pro causa principali privilegii æstimanda sit, inter Dd. acriter, controvertitur. † Negantium castra sequor. 2.
 Probè autem notari velim, quætionem esse *de causa principali*. 3.
 † Ceterum non renuo, præmemoratum juris Saxonici ignorantiam esse *causam qualem qualem concurrentem*, quæ ceteris non profit, cum cæteris tamen conjuncta, aliqua ex parte adjuvet. † Quod non sit *causa principalis*, probo l. 4.
 ex privilegii hujus, reliquis etiam Electoribus factâ concessione, in quorum ditionibus penitus juris Saxonici observantia cessat. † H. Ex eo, quod si ob principaliter ob præsumtam illam juris Saxonici ignorantiam privilegium de non appellando indultum fuisset, non posset non etiam *ex paritate rationis* eidem locus dari in iis provinciis, in quibus adhuc vel in totum vel ex parte saltem superstit jus Saxonicum. † Et quamvis responderi posse videatur, iis deesse auctoritatem Cæsaream, quæ neutiquam extendenda, ut ut adsit par ratio. † Dubium tamen adhuc est, utrum eo responso omne tollatur dubium? † Dixerim ego potius justitiæ regulâ flagitante, aut hic observandum quod in *l. 3. D. de Constitut. Principum*, Javolenus monet, aut rationi illi nuntium mittendum esse, nisi concedere & largiri quis malit, posse etiam ab iis jus dici, justitiamq; administrari, penes quos est juris ignorantia, quod certè nemo non videt à vero alienum. † III. Non parum firmamenti & roboris nostræ sententiæ affert illa Dd ratio, quod etiam in Camerâ judicetur secundum statuta & cõsuetudines regionum Ordin. Cam. part. 1. tit. 71. quodque inter Referentes alter sit juris Saxonici gnarus. † Si quis fortè excepturus esset (1.) posse illum abesse, vel morbo impediri (2.) imò nullum ex Assessores Cameralibus de observantiâ Juris Saxonici, utpote quæ indies variet, certum fieri posse: † Ei reponerem. 10.
 11.
 12.

merem, *priori in casu* usque ad reditum vel convalescentiam cau-
 sam differendam, vel aliam æquè juris Saxonici gnarum sub-
 13. stitui debere: † *Posterius* autem prorsus vacillare, quo de
 174. conflictu. † *Alterum* quæstionis membrum resolventes
 15. talem apponimus regulam. † Privilegium de non appel-
 lando adversus omnia omninò judicia extera, quæcunque eti-
 am tandem illa sint, v. g. Curiale, *Keyserlich Hoffgericht/Pro-*
vinciale, Keyserlich Landgericht/Secretum Westphalicum,
heilmlich Westfälisch Bericht/Rotwiltense, Camerale Spiren-
te, immò ipsum judicium aulicum Cæsareum, den Keyserlichen
Reichs HoffRath concessum est. Tantum! Termi-
 nalia sunt.

SOLI DEO GLORIA.





Gulden Bull

Käyfers Caroli / des Vierten / zu
Mürnberg / Anno 1356 auff gericht.

Im Namen der vnzertheilten Dreyfaltigkeit seliglich / Amen.



M Carolus, der Vierdt/von Gottes Gnaden/Rö-
mischer Käyser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/
vnd König in Böhem / zu ewiger Gedächtnis der
Sachen. Ein jeglich Reich, das in ihm selbst zertrent/
vud in Vneinigkelt gesetzt / wird Trostlos: Dann die
Fürsten solcher Zertrennung seynd Gefellen der Die-
be. Darumb hat Gott mitten vnder sie gemischer den
Geist des Schwindels / daß sie am Mittag / gleich
als in der Finsternuß / mit Händen tasten vnd straubeln / auch das helle
Licht / vor seinen Ort hinweg gerückt vnd genommen / damit sie ganz blind /
und der Blinden Führer werden. Vnd die alsolm Finstern wandern / die
schaden vnd seynd blindes Gemüchs / vollbringen die Missethaten / so in
der Zertrennung geschehen. Sag an du Hoffart / wie woltestu in Lucifero
geherrschet haben / wo du die Zertrennung / zum Mitgeschick nicht gehabt
hettest? Sag an du hässiger Sathan / wie woltestu den Adam aus dem Pa-
radeiß vertrieben haben / wo du ihn nicht vom Gehorsam abgeführt? Sag
an du Zorn wie hettest du den Römischen gemeinen Mug ins Verderben
geführt / wo du Pompejum vnd Julium in der Zertreibung mit grimmli-
gen Schwertern / nicht zu innerlichen hefftigen Kriegen erweckt? Sag an
du Vnkuschheit / wie hettest du die Stadt Trojam zerstört / wo du Helenam
von ihrem Mann nicht abwendig gemacht? Auch du Neid vnd Haß / hast
das Ehrlich Käyserthumb / so von Gott / gleich der heiligen vnzertheilten
Dreyfaltigkeit / mit den Götlichen Tugenden des Glaubens / der Hoffnung
vnd Liebe gestärkt / auff dessen Grundstz alle Reich vnd Gewalt ruhen / mit
Biff / welches du als ein Schlang in des h. Reichs zwew vnd nechste Glied-
massen boßhafftig außgegossen / verunreiniget / auff daß / wenn die Seulen
zerschla-

geschlagen / der ganze Rath zum Fall gericht vnd sich neiget. Gleiches Ge-
 stalt hastu zwischen des H. Reichs sieben Churfürsten / durch welche / als sie-
 ben leuchtet / das H. Reich in Einigkeit des siebenförmigen Geistes solt
 erleucht werden / mancherley Zerstörung angericht. Demnach wir vns a-
 ber Ampts haben / so wir von Kayserslicher Mayestat / vnd Würden füh-
 ren / zukünftiger Gefahr solcher Zertrennung vnd Vneinigkeit zwischent
 den Churfürsten / in welcher Zeit Wir / als ein König in Böhmen erkannt
 werden / anß zweyerley Ursachen / nemlich / wegen des H. Reichs / vnd
 dessen Wahl Verrechtigkeit / deren Wir vns gebrauchen / zubegegen schuld-
 dig erachten: So haben Wir hernach beschriebnen Befehz / Einigkeit vnder
 den Churfürsten zu pflanzen / vnd einmüthige Wahl einzuführen auch der
 vorgeantten schmähtlichen Zertrennung / vnd allerhand Irrungen so da-
 raus erwachsen / den Zugang zuversperre / vnd gänzlich zu benehmen / in Wn-
 stern hochzerlichen Hoff zu Nürnberg / in gemeiner Versammlung vnd Ge-
 genwart aller Geistlichen vnd Wellichen Churfürsten / auch anderer
 Fürsten / Graffen / Freyherrn / Edlen / vnd manigfältigen der Städte Vort-
 schafften / auff Kayserslichen Stuel mit derselben Unser Mayestat Inseeln /
 Insignien / vnd Kayserslichen Diadem gekrönt / aus vorgehabter zeitli-
 cher Verachtlichung / vnd Vollkommenheit Kayserslichen Gewalts /
 geordnet / beschloffen / auffgericht / vnd zu halten bekräftiget / im Jahr des
 Herrn / tausent / dreyhundert / sechs vnd sunffthig / der vierten Indiction /
 am vierten Idus / oder neunten Tag des Monats Januarii / vnser Reichs
 im zehenden / vnd Kaysersthumbs in ersten Jahr.

Vonder Churfürsten Gelynde / vnd von wem das seyn soll.

Der erste Titel.

Wer kennen vnd sehen / mit diesem gegenwertigen Kayserslichen
 Gebott / ewiglich zu wehren / aus rechtem Wissen vnd Vollkom-
 menheit vnser Kayserslichen Gewalts / wie oft vnd wann es
 zu künftigen Zeiten noch seyn / oder sich begeben würde / zu erwählen einen
 Römischen König zum Kaysen zu machen / daß sich die Churfürsten zu sol-
 cher Wahl / nach alter löblicher Gewonheit / fügen / vnd ein jeder Churfürst /
 wann er darumb ersucht / einen jeden seinen Mit Churfürsten / vnd Vor-
